UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Avgvstae Tavrinorvm, 1578**

[De Exordiis & Arengis aduocatorum.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-96846

Visual Library

quod iudex poſſit ad animum reuocare, vel quo poſſit offendi. Nam & verbo iniuria irrogatur. Inſtit. de iniur. in princ. ff. eo. l. j. in princi. & l. lex Cor. de pœn. diſtinct. j. aut facta. extr. de iure-
15 iur. Quintauallis. †Res enim periculoſa eſt, ſub iudice litigare offenſo. ff. de arbit. non diſtinguemus. § cum quidam. C. de iudic. apertiſſimi. iii. quæſtione. v. quia ſuſpecti. extr. de excepti. cum inter. & de app. c. ſecundò requiris. in fin. Caueat etiam, ne quis per aliqua. uideatur velle eius iudicium declinare, niſi cauſam propo nat ſufficientem. Ex hoc enim iudicem ſibi conſtituet aduerſarium Nec appellet ſine cauſa euidenti: quia periculoſum eſt iudicē prouocaſſe, vel eius ſententiam non ſeruare, uel eius iudicium declinaſſe. 50. diſtinct. ſi quis præpoſtera. C. quando prouo. non eſt ne. l. fi. in fin. extr. de off. deleg. ſuſpicionis. in prin. Quòd ſi eum ſic pronocauerit, non plenè de eo confidat: quia ſæpe animi motum uultus eius detegit, vt iam vidi. ff. de offic. præſi. obſeruan-
16 dum. in fi. †¶ Studeat igitur complacere. nam dum is placet, qui ad intercedendum mittitur, tanto facilius ea pro quibus intercedit, obtinentur: vt j. quæſtione. j. Chriſti ſacerdotes. extr. de re iudic. ad Apoſtolicæ. prope princ. libr. vi. & econtrà, dum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur. irari animus ad deteriora prouocatur, xlvi. diſtinct. hoc habet. § ecce. quod ſi cum uiderit prouocatum, nihil ei reſpondeat: memor illius verſus, Cum furor in curſu, &c. vt s̃. verſic. item ſtando. Item docent quidam, vt aduocatus iudici frequenter ad aurem loquatur. Putabit e-
a nim pars altera de ſe, uel cauſa eius ipſum loqui: iuxta illud [a] Cōſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici. & eum nimis familiarem eſſe illi. extr. de off. iudi. deleg. inſinante. Et ex hoc contra eum pars altera concipiet, ſicque indignatio inter eos orietur. iii. qu. v. quia ſuſpecti. ſed hęc doctrina non eſt ſecundum legem Moyſi. vj. q. j. infames. ibi, qui contra innocentes. &c. xlvi. diſtin. hoc habet. §. ecce. ext. de homi. ſicut, §. illi vero, Vnde index cautus non debet talibus confabulationibus aurem porrigere: imo quod in aure audit, debet publicè recitare: ne in ſiniſtram incidat ſuſpicionem. extr. de hæreti. cum ex iniuncto. prope princip.

## ADDITIO.

a Illud. ¶ Catonis poſt prin.

## ADDITIONES NOVAE.

* Nota quod mos aduocatorum eſt ſeruandus. glo. in l. Labeo. ff. de ſtatuliberis.

* Aduocatus ſi cōdemnatur, non eſt cogendus ſoluere niſi quatenus facere poteſt. l. miles. in prin. ff. de re iudic.

* Aduocatus quis cogitur eſſe inuitus. l. j. §. ait prætor. ff. de poſt. c. j. de officio iudi. & ibi per doctores.

* An illiteratus poſſit eſſe aduocatus, not. in l. j. in prin. de poſtu.

* Aduocatus, vel doctor abraſus de matricula propter delictum non debet in eadem deſcribi ſine licentia principis. Angelus de Peruſio in l. ſi manumiſſus. in fi. C. de libertis, & eorum liberis.

* Aliquis timet ne ſim aduocatus contra ipſum, oſtendit mihi inſtrumenta ſua & ſecreta. poſtea accipit alium aduocatum, & me modò aduerſarius ſuus vult accipere. Dicit ille, domine iudex non eſt equum, quia vidit omnia iura mea, & ſecreta mea ſcit, an potero eſſe aduocatus contra ipſum, fac. quod ſic, l. j. §. aduocatos. de variis & extraor. cog. Guid. de Suz. ponit in l. ait prætor. de poſtu. de honeſtate poſſum dicere ſibi, ſi non acceperis me in aduocarum, ero aduocatus partis aduerſæ.

* Aduocatus iurauit non præſtare patrocinium pro aliquo contra ciuitatem an pro ſcholari ſuo poterit poſtulare contra ciuitatem. Guido de Suza. dicit quod ſic, in l. hi qui fiſci. ff. de poſtu. quia aduocatus fiſci poteſt poſtulare pro filio ſuo contra fiſcum, & doctor poteſt dici pater ſcholaris, l. j. de excuſatio. artifi. libr. x. Item in generali ſermone quędam tacite excipiuntur. ergo &c.

* Aduocatus habens feudum ab vna perſona vt ipſum adiuuet in omni cauſa: poſtea accipit ab alia ſub eadem conditione: ſoritur quæſtio inter ipſas quam debet prius adiuuare. Vbertus de Bobio dicit in l. à principe. de poſtul. quod debet adiuuare primam, ar. l. in operis. ff. locati.

* Aduocatus qui prodit ſecreta partis ſuæ, vel reuelat, qua poena teneatur, Bar. in l. j. de calum.

* Aduocatus de multis cautelis debet ſibi præcauere. primo vt de iuſta cauſa ſibi aſſumat litem, l. rem non nouam. C. de iudic. in qua ſi iuſta ſit, poteſt ſine peccato patrocinari, & aduerſarium ſuum decipere, nec in hoc peccat, ar. no. xxiij. quæſtione ii. c. dominus noſter.

* Aduocatus rei quādo actor aliquid proteſtatur in iudicio, ſemper ſolet dicere, cui proteſtationi reus non conſentit, ſecundum Io. Calde. in c. in geneſi. de electione. & hac ratione glo. Io. xxvii. q j. c. j. dicit quod quotieſcūque actor in iudicio aliquid proteſtatur, & reus tacet, videtur conſentire.

* In l. nulli. de iudiciis. C. Quæro quando duo iudices inquirunt de eodem delicto, an vnus debeat remittere cognitionem ad alium, vbi non apparet de præuentione? dic quod ſic, aliàs ſe impediunt. vnde reus debet eſſe cautus vt non opponat exceptionem præuentionis. Bal. vbi s̃.

* In l. properādum. §. & ſiquidem. de iudiciis. nota, quod ille qui citatus non comparet, non dicitur contumax, niſi contumacia eius accuſetur per aduer[...] Bald. vbi s̃. quia litera dicit, accuſationis contumaciam incuſante [...] notatur quod iudex nunquam procedit niſi ad inſtantiā partis: & ideo ſi ſententia apparet lata pro præſente contrà abſentem & non lata ad eius inſtantiam, non tenet. Bal. in dicto §. & ſi quidem.

### De Exordiis & Arengis aduocatorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Oratorum ſeu prolocutorum honeſta proponendi conſuetudo in multis perpenditur.*
2 *Aduocati non debent tanquam inter procellas eloquentiæ á propoſito vitioſe diuagari.*
3 *Aduocatus de ſola vocis magnitudine confidens, & vocis ſonoritate aures ad audiendum mulcens, non laudatur.*
4 *Modus vbique laudandus eſt: nam modus eſt pulcherrima virtus.*
5 *Modus quem debet aduocatus habere in iudiciis, & qualiter ſe debeat habere en ſuis prolocutionibus.*
6 *Audaciam aduocato peroranti tribuunt ſeptem.*
*Contraria contrarium operantur effectum.*
7 *Sermo perit, vbi benignus non præſtatur auditus.*
8 *Multiloquio ſubditus, ex eo ſe inquinat.*
9 *Diſcretus eſſe debet aduocatus, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat.*
10 *Multitudo verborum oneroſa eſt, & nil habet honeſti.*
11 *Opus non eſt verbis, quorum prolatione nullus ſequitur effectus.*
12 *Iudex bene facit procacem, loquacem, vel garrulum ex officio ſuo tanquam ſui auditorij turbatorem, excludendo.*
*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines.*
13 *Ordo poſtulantium eſt à iudice obſeruandus.*
14 *Abſtinere à blanditijs, philoſophicum eſt temperamentum: adulationibus verò vacare, reprehenſibile.*
*Aduocatus rei qua forma in iudicio incipiet.*
15 *Ius oritur ex facto*
16 *Aduocatus rei aduocatum actoris debet commendare, & qua forma illi debeat contradicere.*
17 *Stare non poteſt, quod caret præſidio veritatis.*
18 *Scientia præfertur verbis, ſicut anima corpori.*
19 *Reus quilibet quibus verbis coram iudice vti debeat.*
*Humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris ſonant.*
20 *Verba debet aduocatus rei corami iudice contra aduerſarium replicare.*
21 *Subtilitas immoderata dum plus quam decet exercetur, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit.*
22 *Diſputandum non eſt de iuris apicibus, vbi bona fide agitur.*
23 *Dialectica non habet ſecundum philoſophum vim conſtruendi, ſed ſtudium deſtruendi,*
24 *Aduocato vno diuerſas ſcientias in iudicio allegante, quid in oppoſitum debeat ſibi contrarius reſpondere.*
25 *Veritatis ſenſus amitti ſolet vbi verborum proprietas attenditur.*
26 *Margaritæ ante porcos non ſunt proijciendæ, quomodo intelligēdum ſit.*
27 *Artis hoſtes tot ſunt quot ignorantes.*
28 *Iactantia qualibet à bonis eſt moribus aliena.*
29 *Aduocati vtriuſque partis, quibus vti poßint coram iudice præfationibus.*
30 *Precibus poſtulare quod de iure communi competit, ſuperfluum eſt.*
31 *Linguæ lubricum non eſt ad conſequentiam pertrahendum.*
32 *Antiquitati debetur reuerentia, nec eſt reſpuendum quod antiquitati placet.*
33 *Summum in rebus bonum eſt, iuſtitiam colere.*
34 *Iuſte iudicanti nihil aduerſatur.*
35 *Aduocatus coram ſummo pontifice proloquens, quibus verbis vti debeat.*
36 *Forma prolocutionis ab aduocato fiendæ coram Imperatore conuento.*
37 *Cardinalibus iudicialiter proloquentes. quibus & vti deboant verbis.*
38 *Coram quolibet iudice debet aduocatus à picturato verborum factu abſtinere.*
39 *Ius quod finitum eſt, & certum, variari non poteſt: factum autem ſæpe.*
40 *Aduocati in diuerſis caſibus, quibus debeant in proceſſu iudicij verbis vti.*
*Lege cautum habetur, quod prætorum edicta eſſe non debent eluſoria.*
41 *Confiteri de omnibus præſumitur quiſquis iudicium ſubterfugere quærit.*
*Præcaueri debet, quod poteſt vel infirmari, vel vituperari.*
*Oculum iudicantis oportet in qualibet iudiciorum parte cuncta rimari.*
42 *Mens potius, quam verba ſpectari debent in iudicio.*
43 *Reſpondere nemo cogitur in iudicio, niſi prius quæ proponuntur intelligat.*
44 *Aduocatus cautus coram iudice illiterato, debet ſic proponere, vt intelligatur: aliàs iudicare non poſſet.*

6. §. Nunc de exordiis & arēgis aduocatorū diſſeramus De diſputatiōe aūt quę fit ante ſententiā, & qualiter iudex in audiendis allegationib. ſe habebit, dicetur j. de



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

diſpu.aduo.§.fi.& per totum In hoc igitur §. hoc ordine procedemus. Nam primò ibi, *ante omnia*,&c. quædam oratorum cõmu
nia vitia proponemus,ut patroni cauſarum ab illis cautius ſtude-
ant præcauere. Simile xxv. diſ.c.unum orarium.§.aliàs ea demũ.
extr.de cri.fal.licet.Secundò uerò ibi,*ſuppoſitis igitur*,&c.qualiter
ſe in orando habebunt:& de cautelis circa hoc breuiter ſuppo-
nemus. Tertio ibi:*vt autem,&c*,de prefationibus aduocari actoris
Quarto ibi,*poſt hoc autem.&c.* de præfationibus & reſponſionibus
aduocati rei. Quintò ibi, *poſtmodum vero, &c.* de replicationibus
aduocati actoris.Sextò ibi,*poteſt quoque,&c.*de communibus præ
fationibus utriuſque aduocati.Septimò ibi:*cum autem, &c.*de prę
ludiis, quibus utuntur, quando facta afenga ad factum deſcen-
dunt.Octauò ibi,*porrò in proceſſu,&c.*de præfationibus, quibus u-
1 terque aduocatus in diuerſis articulis iudicii uti poteſt.†¶ Ante
a omnia igitur ſciendum eſt [a],quòd quidam oratores,ſeu prolocu
tores ab honeſta proponendi conſuetudine deuiantes, ſurgunt
cum quodam faſtu,ſeu ſuperſtitioſè ad loquendum,habentes ge
ſtus dominabiles præcedentes:abſtergunt faciem: crines poſt au
res reformant,nares crebrò purgant,& guttur, ſpeculantur ma-
nus,& propria circunſpiciunt indumenta, contra doctrinam tra-
ditam s. § proxi. uerſi. cùm autem. & ſequen. & quadrageſima-
ſexta diſ.habet. Alii uerò trans cœlum oculos eleuant, nunc ca-
put demittunt, nunc crebra ſuſpiria emittunt,nunc frontem ru-
gant,nunc labia comprimunt,nunc ſupercilia obducunt manus
maxillis affigunt:& alia mirando cogitare, uel meditari, ac gran-
dia concipere ingenio multiplici ſimulantes contra quos j. uer-
ſic. poſt hæc. in forma, noti ſunt. & in forma, orator.& in præd.
b uerſic.cùm autem & ſeq.& illud [b]:Parturient montes, naſcetur
ridiculus mus Et illud Senecæ, Stulta eſt, & minimè conueniens
c literato uiro occupatio exercendi lacertos.& dilatandi uirtutẽ [c].
2 †¶Nonnulli quoque tuti inter procellas eloquentiæ nauigantes
periclitantur in portu. Robuſtè enim inter initia eloqui decur-
rentes,priuſquam ad concluſionis metam perueniant: deficiunt
imprudenter.'contra quos eſt nonageſimaſeptima diſtinct. capi-
tu.primo.uerſi.ipſa enim: xxiiii. quæſtione. j. capitu. non turba-
tur.ſeptima quæſt.j.Nouatianus.in fi. de pœn.diſt.ii.multi bene.
& diſt. tertia. incaſſum.At econtrà quoſdam rubor inter loquẽ
do arripit,& tremula uoce loquuntur:quorum tamen timidum
initium finis robuſtus exornat. Pro quibus facit illud,Debile prĩ-
cipium melior fortuna ſequetur.& vij.quæſtio.j.ſuggeſtum.ibi:
Beatus qui perſeuerauerit,&c.& de pœn.diſt.ij.apoſtolus.in fin.
3 †¶ Sunt etiam,qui de ſola uocis magnitudine confidentes fulmi
nant: & uociferantur proponendo, & boatu triumphali prolo-
quente, uocis ſonoritate moliuntur aures ad audiendum mulce
re. Contra quos facit xcij.diſtin.ca.j.& ij.& C.de fer.l.fin.ibi: vox
horrida conquieſcat.& v.quæſt.iiij in loco.ibi, Mitiſſima uerbo
rum relatione proferri,&c & j.uerſi ueruntamen. Alia quoque
plura declamatorum uitia poſſunt ex ſequentibus & præcedenti-
4 bus colligi:ſed non iuncta † Modus igitur laudandus eſt iuxta il-
d lud [d],Eſt modus in rebus,ſunt certi denique fines, Quos vltraci-
traque nequit conſiſtere rectũ.In pronunciatione itaque exerce
ri debet uocis & ſpiritus moderamen corporis & linguæ motus:
ut uerba non ſint inflata, uel eleuata: uel in faucibus frendentia,
nec uocis immanitate reſonantia, nec aſpera frendentibus, uel
hiantibus labiis prolata:ſed preſſim & æqualiter,leniter, & clare
pronunciata:nec oſtentationis cauſa frangatur oratio: uerùm p
locis,rebus,& cauſis.& temporibus oratio diſpenſanda eſt.Nam
alia ſimplicitate narranda ſunt:alia authoritate ſuadenda: alia in-
dignatione depromenda:alia uero miſeratione flectenda:ut ſic
5 & uox & oratio ſemper conueniant ſuæ cauſæ. †¶ Recta quo-
que ſit facies: nec labia detorqueantur, nec immoderatus hia-
tus, nec ſupinus uultus. nec deiecti in terram oculi, nec inclina-
ta ceruix, nec eleuata aut depreſſa ſupercilia: labia quoque lam-
bere,uel mordere deforme eſt. Porro proferenda ſunt ſubmiſſa
leuiter, incitata grauiter inflexa uero moderate. Item grandia
granditer proferenda ſunt. parua ſubtiliter,mediocria tempe-
rate.In paruis enim cauſis nihil grande,nihilque ſublime dicendũ
eſt:ſed leui ac pedeſtri ſermone loquendum.in maioribus uero,
ubi de Deo,uel hominum ſalute referimus, plus magnificentiæ
& fulgoris eſt exhibendum. Sed nec ſemper de magnis rebus
6 granditer eſt dicendum.†¶ In ſumma tamen notandum eſt,
quòd hæc ſunt, quæ audaciam tribuunt peroranti, uidelicet
ſcientia,potentia, eloquentia, libertas, gaudium, fauor & be-
e nignus auditus: & ex his contraria [e] contrarium operantur ef-
fectum. quadrageſimatertia diſtinct. ſit rector. prope princip.
uigeſimaquinta, diſtinct. primum. in fin.quinta.quæſtione quar-
ta.in loco ſexta,quæſtione prima.ex merito.& infra uerſic. poſt-
modum. Suppoſitis igitur uitiis communibus perorantium, di-
cendum eſt igitur qualiter gerere ſe debebunt. Et quidem cum
tempus loquendi aduenerit, ſurgat aduocatus: quia ſtare de-
bet. quod dic ut ſuprà, §. proximo. uerſicul. cum autem. Et a-
ſcendat ſuper ambonem, ſeu pulpitum, ſeu locum, ubi ab homi
nibus videatur.arg.lxjx.diſt. quoniam. & neminem contemna,t
ſed cunctos reuereri videatur:vt ff.de poſtul l.primo.§. caſum.
& xvj. quæſtione ii.capit.i.verſic.humani.xlvi. diſtinct. hoc ha-
bet. & ſtet cum omni grauitate. quod plenè dic vt ſuprà.§. pro-
xi.verſic. eſt autem. Demum extracto bireto. ſiue caputio inci-
piat non propere: vt extrà,de excep. cum uenerabilis.circa prin
cip.iii. quæſtione.iii induciæ. lii.diſtinct.c.i.non propere.vel præ
poſtere vigeſimaquarta quæſtione. iii. de illicita. circa medium.
& C. de teſta.l. præpoſteri. non præcipitanter. vi. quæſtione.i.
quæro.in fin. C. ſi aduer.fiſ.l. i.& x.quæſtione. iii. ſummopere. ii.
quæſtione. i. Deus de pœn. diſtinct. iii. inter hæc hircum. infra.
verſic.velox. Non inconſiderate.quinta quæſtione quinta.capit.
fin Non ſyncopando verba, vel nimium tranſcurrendo, vel re-
tardando.extr. de celeb.miſ dolentes,de conſecra diſtinct.quar-
te.retnlerunt.ſed poſt paululam morã,vt geſtu graui mentis gra
uitatem oſtendat.Quod dic vt in pre.ver. cum autem. Plene quo
que ſuper dicendis prius deliberet, & ſermonem ſuum ponde-
ret diligenter: quia tempore indigemus, vt aliquid maturius aga
mus.quinquageſima diſtinct.ponderet.& ſi arduũ ſit negotiũ, in
cipiat ſic:In nomine Domini.&c.vt C.de offi pręfec.præto. Afr.
l in nomine ext.de teſt.in nomine. xxiii.diſtin.in nomine.in prin.
vel.in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.vt lxxiii.diſtin.in no
mine patris & ad hoc facit xxvj.quæſt. ult. non obſeruetis. & qu.
v. non liceat. Deinde ſupplicet iudici & aliis aſtantibus, vt beni-
gnam audientiam ſibi præſtent.ff.de his,quæ in teſta.delen.l. pe.
§.quid ergo.in fin.§. Ad quod quidem iudex tenetur: donec non
habeant partes quid vltra quæſtionem proponant:vt C.de offic.
præſe.annonæ.ſi quis prope.& trigeſima qu. v. iudicantem.ff.de
of.procon nec quicquàm § circa.C.de off.vica.l.ii.& dicã j.uer.
uel tali ad captandum.& j.uer cæterum.& etiã aſtantes:vt v.q.3.
7 in loco.†¶ Perit enim ſermo, cum benignus non pręſtatur audi-
tus.iuxta illud, Nemo inuito auditori libenter refert:vt vi.q.i.
ex merito.& Eccle c.xxxii. Vbi auditus non eſt,non effundas ſer-
monem.& in præd.c.in loco. inſiſtat etiam iudicis commendatio
ni:vt in prę.uer.cum autem. Deinde accedat ad negocium prin-
cipale:ſed præmittat præfationes aliquas breues & vtiles,vt j.di-
cam, quibus reddat iudicem beneuolum & attentum,ne quo-
dammodo quaſi illotis manibus uideatur peruenire ad menſam.
Nam res non debet omnino ſine præfatione procedere: vt ff. de
orig.iur.l.prima.exemplo Iuriſconſulti, qui aliqua de tituli ſigni
ficatione præmittit,priuſquam iuris perueniat ad arcana: vt ff. ſi
certum pet.l.prima.Proponat autem uerba dulciſſima:ut in præ
dict uerſic.ſunt autem.nec turbet iudicem, uel eius auditorium,
8 quia erit cultus iuſticiæ ſilenlium. vt in præd.cap. in loco.†¶Item
abſtineat ſuperfluis: vt ff.de offic. pręfect. pręt or. breuiter. & C.
de prec.Impera.offe.inſtrumentorum. C.de appel.l.fin §.in refu
tatorais.ff.de aur.& argent. leg. pediculis.§ Labeo. ff. vt in poſſ.
leg.is à quo.§.fin.& infrà,uerſi.uel tali quæcunque. Nam multi-
loquio ſubditus ex eo ſe inquinat: vt quadrageſimatertia *diſtin.*
ſit rector. circa fin. Et ſecundum Aug. breuitas locutionis grati-
am parit, & moleſtias ſiniſtramque ſuſpicionem fugat. Immenſi
tas autem econtrà.arg.xviii quæſt.ii. diffinimus. in fi. & j. in for-
ma uel ſic à picturato.Prolixæ etenim præfationes confuſionem
inducunt,& tædium generant animis auditorum:ut extrà,in pro
œmio Decre §.ſane.C.de no.Codi.compo.uerſi quibus. Nec ali-
quod ſuffragium conferunt:vt C.de emenda.Iuſti.C.uer.tollen-
dis.& pene nil immenſum bonum: ut auth ut deter. ſit nu. cleri.
9 §.quæſitum in prin.† Et priſcianus in xii.Gaudent dilucida breui
tate morderni. Sit quoque diſcretus in ſilentio, ne aut tacenda
proferat,aut proferenda reticeſcat. Nam cum quis inordinata
loquitur,erroris uulnere audientium corda feriuntur:& ſæpe uir
tus uerborum perditur cum apud corda audientium loquacitas
incauta opporrtunitate læuigatur:& auctorem ſuum loquacitas
coinquinat: quæ ſeruire auditoribus ad vſum profectus ignorat.
vt hæc & alia leguntur quadrageſimatertia diſtinctio. ſit rector.
10 † Verborum enim multitudo oneroſa nil honeſti habet. in Au-
then.de referen.ſacri.pal.circa princi. collat. iii. imo eſt canoni-
bus inimica, extrà de præbend. quia in tantum. & de cleri. non
reſid.capitul. relatum. Et melius eſt, pauca idoneè dicere,quam
multis

ADDITIONES.

a Sciendum eſt ¶ Secundum Aegid.ſuo libello,char.pe.
b Et illud. ¶ Verſus eſt Horatii,ultra prin.ſed fabula Aeſopĩ xxvii.
c Virtutem.¶ Vide quod ſcripſi & remiſi,ne cleri.uel mona.c.i. ſuper uerſic. ornamentum.
d Illud.¶ Horatii ſatyra tertia.
e Contraria.¶ Hoc decidit Aegid qui prædicta contraria exprimebat vbi s.

multis inutilibus aures hominum prægrauare: vt C. de veteri iur.
enu. l. tanta. §. contrarium. Vnde Horatius: Cum quid præcipies,
eſto breuis. Compendium quoque approbatur, diſpendio repro
bato: vt extrà, de reſcrip. diſpendia. lib. ſexto, & de accuſ. qualiter
ii. in fin. & de re iudic abbate. in fine. libr. vi. Nec cum verborum
multitudine Deus flecti poteſt: vt de conſe. diſtinct. v. non medio
criter. Nec in multitudine ſacrificiorum propitiatur. vt tertia. q.
vij. in grauibus. in fin. & decimaquarta, quæſt. v. c. ij. & c. ſcriptum
eſt, quia verba veritatem inflant, & vulnerant charitatem. vt no-
11 nageſimanona diſt. ecce. in fin † Vnde non eſt opus verbis, quo
rum nullus ſequitur effectus: vt C. de donat. l. fin. Quia fides veri-
tatis verborum adminicula non deſiderat, vt C. ſi ut ſe ab hæredi.
abſti. l. j, & de hoc s̃. §. iam nunc uerſi cautus tamen. ¶ Veruntamen
quidam hanc non attendunt doctrinam. Cùm enim ruſtici
garrulitatem autoritatem putent: vt quadrageſimaſexta, diſt. c.
j idcirco rationis defectum ſupplēt garrulitate clamoſa, vt ſic
clientulo & ſalario ſatisfaciant ſolo vento: vt j̃. verſicu. ita no-
tis &c. Nam vt ait Seneca, imperitorum eſt uociferari de longè,
a quod tamen indecens eſt. Nam vt idem Seneca dicit [a], Quemad-
modum viro ſapienti inceſſus modeſtior conuenit, ita oratio
preſſa, non audax. s̃. verſic. ſunt etiam. & s̃. §. proxi. ver. præcipue.
tamen horum fatuitas in ſapientum audacia confutatur. Coram
quibus imperitus matheſeos aduerſus mathematicos diſputans
riſui patet: ſicut ignorans dogmata philoſophorum, aduerſus
philoſophos certans: vt trigeſimaſeptima, diſt. qui de menſa. Nō
ergo ſit procax, loquax, vel garrulus. quod dic vt s̃. § proxi. uerſi.
12 item ſtando. †¶ Nam iudex bene faciet, ſi talem ex officio ſuo
excludat, tanquam ſui auditorij turbatorem. v. q iiii. in loco. &
ar. ff. de his, quę in te. delen. l. iii. §. pe. C. de iudi. Authen. iubemus.
Ar. contrà, quod patietur dicere & clamare aduocatos, quan-
b tum volent. iii. q. vii. infames §. tria. uerſi. apud urbem [b]. ff. de off.
proconſ. nec quicquam §. circa. & ſuprà, in princ. & xliiii. diſtin.
ſit rector. ibi: clama, ne ceſſes, &c. 30. quæſt. v. iudicantem. & ibi:
præbita patientia, &c. & ibi: nihil habet in quæſtione, &c. Sed eſt
modus in rebus, ſunt certi denique fines, &c. [c] Item ſi aduoca-
tus partis alterius uideatur te allegationibus ſuperare, pruden-
ter eum elude: ut ſuprà. §. iam nunc. uerſic. uerùm ſi Item cautus
ſit, ut in cunctis allegationibus primò & ultimò ualidiora propo
nat argumenta: ut in eo. §. uerſi. porrò. item non certet probris,
ut s̃. eod. § in prin. Item caueat ne contraria alleget: ut j̃. §. con-
ſequenter. in fi. Item conſulo, quòd abſtineat à falſis & cauilloſis
allegationibus: ut j̃. eod. §. fin. uerſ. item caueat. Item proteſtetur
& ſub conditione proponat: ut s̃. §. iam nunc. uer. ex præmiſſis. &
j̃. uer. aduocatus igitur. Item caueat, ne ex ſua propoſitione ca-
piatur in uerbis, à quo garrulus uix cauebit: ut in eo. § uer. cautus
tamen. Item ſi plures ſunt aduocati, ſimul deliberent quis, & quę
13 primò proponent: ut eo. § uer. porrò. † Item ordo poſtulantium
eſt à iudice obſeruandus: ut ff. de offi. proconſ. nec quicquam. §.
obſeruare. ff. de iud. qui prior. Tamen ſi primus aduocatus cœpit
orare ſuper minima re, uel cauſa, & ſecundus uelit dicere de ar-
dua. uel magna: ſecundus primò audietur. argu. C. de teſtam. ma-
nu. l. fi. §. ſi autem. Imò quia per maiorem quæſtionem præiudi-
cium fit minori: ut iii. quæſtio. xj. § ciuili. & c. prius. Vt autem quę
hic, & in præ. §. præmiſimus, exemplo ſubiiciamus, & formas ali-
quas rudium gratia annectamus. Aduocatus igitur actoris in-
cipiet ſic.
14 FORMA. † A blanditiis abſtinere philoſophicum eſt tempe
ramentum. in auth. quib. mo. na. effi. ſui. circa medium conſtitu.
col. vii. adulationibus uero uacare, reprehenſibile. ut xvi. di. cleri-
cus. xxv. diſt. c. unum orarium. § aliàs, ea demum. prope fi. quia
nil illo paſtore miſerius, &c. lxxviii. diſt. nihil. Conſidero com-
pendium breuitatis. C. de iuſti. Cod. confir. l. i. ad ueritatem illu-
minandam adminicula uerborum depello. C. ſi ut ſe ab hære. ab-
ſti. l. j & j. quæſtio. j. Marcion. uſum quotidianum in cauſis appro
bo. C. de condi. indeb. incerti. & reprobo quæ proponunt extrin
ſecus, & nil ad præſentē pertinēt actū: ueluti, arma uirūq; can ff.
de uer. obl. quæ extrinſecus. ultimò me inſufficiētē reputo, uelut
Nerua. ff. de poſtul. l. j. § initiū. Cū igitur ætas deficiat, ſcientia ſi
qua eſt, deliteſcat, & ſedens in medio non curet adulationibus ex
tolli, ſeu laudibus: ut j̃. præ. c. nihil. & quadrageſimaſexta, diſtinct.
ſunt nonnulli. His excuſatus, idem ſupplico, ut me benigne au-
diat, ac ueniam tribuat, ſi ad præſens eius commendationi, ac a-
ſtantium non inſiſto: ut in prin. huius § uel commendet eum, ſi
uelit. ut s̃. §. proxi. uer. deinde. & j̃. uerſi. uel tali ad iuſticiam. De
ueſtra igitur licentia, domine, ad præſentem uenio quæſtionem,
quæ talis eſt. Proponat ſi quidem factum per hæc uerba: Breui-
uiter commemorare neceſſe eſt, quod talis contraxit, &c. ff. de
off. præfe. præto. l. prima. reſpon. primo. uel per ſimilia. & poſtea
[illegible] alleget. extr. de poſtu. præl. bonæ. j. ff. de iur. cod. quidam
[illegible] unt. extr. de ſponſa. de muuere. † Nam ex facto ius oritur:
[illegible] a. § nunc tractemus. in fine uero ſēper ſic adiiciat: Quæſo
igitur domine quod intret poſtulatio mea in conſpectu tuo. &
ſecundum eloquiuum tuum eripe me, ut in Pſal. Principes. & iu-
dica iudicium meum, & redime me, & propter eloquium tuum
uiuifica me: ut in Pſalm. Clamaui. Si quid autem per me ignoran-
tia ſeu incuria, uel obliuione omiſſum extitit. ſupplico ut hoc
ſuppleat diſcretio iudicantis. C. ut quæ deſunt aduoca. par. iudex
ſupp. l. unica. & in præ. Decre. bonæ. & uigeſimaoctaua. diſtinctio
priuſquam ff. de iudic. non quicquid. Multas alias formas uide j̃.
uerſic poteſt quoque. ¶ Poſt hoc autem ſurgat rei aduocatus, li-
centia a iudice humiliter petita, & grauitatem ſeruet, quam diximus
s̃. § proxi. uerſicul. cum autem. & ea quæ s̃. in princ. huius §.
ſunt deſcripta demùm incipiat aduocatum actoris commenda-
re, uel etiam reprehendere: ſub quodam honeſtatis colore. quæ
d dic [d] ut s̃. § iam nunc. & j̃. patebit dicens ſic:
16 FORMA. † Sapiens, qui paulo ante perorauit, ut cum eius
pace loquar, cœmentum ſine arena, uel arenam ſine cœmento
ligauit: ut octuageſimaſexta, diſt. facientis. animum ueſtrum, &
aſtantium uerborum ſæpe refricata multitudine nimium aggra
uando ut s̃. uerſi. deinde. Vnde cùm ſciam prodentiam nolle uer
bis proſperari. ſed moribus, paucis utar. ut nonageſimanona,
diſt. ecce. ueſtræ ac aſtantium commendationi de ueſtra licen-
tia ſoperſedens, Si quidem partis aduerſæ patronus euidenter
cauſam fouet iniquam, cur eam uerbis releuare conatur, cùm
ueritatis beneficio non iuuetur, quod in fine luce clarius appa-
rebit, ueritas uincit: ualet & inualeſcit: ut viii. diſt. conſuetudo.
17 † Nec ſtare poteſt, quod caret præſidio ueritatis: imo quod ratio
ne caret, exirpandum eſt, lxviii diſt. cor. epiſcopi & ubi non eſt
fondamentum, nollum boni operis ſupereſt ædificium, ut extr. de
preſp. non bap. c. iii. & i. quæſtio. j. cùm Paulus. ueruntamen ſibi
non poterit imputari, cùm ſit uitium materiæ, non artificis. ff. lo
ca. item quæritur. § ſi gemmam. ff. ad l. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi cali-
cem. & j̃. uerſic. ad omnes. Diligentiam etiam contra rationem
adhibet: ut uidetis. ff. de off. præſi. illicitas. §. ſicut. extra. de homi.
tua. Quæſo igitur, domine. ut non uerborum folia ſed ueritatis
radicem conſideretis. ut prima quæſtione prima. Marcion.
18 † Quid ſicut anima præfertur corpori, ſic ſcientientia uerbis: ut
xxxviii. diſtinct. ſedulo. & iuri ac rationi innitor. Aperiam in pa-
rabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio: ut in Pſal. lx-
vii. Primo enim ſub compendio reſpondebo his, quæ pars alte-
ra ad ſuam propoſuit intentionem fundandam. Secundo pro-
ponam ea, propter quæ pars mea eſt in caſu abſolutionis, & alte
ra eſt ei ad intereſſe, ac in litis ſumptibus condemnanda. ff. de iu-
di. eum quem temere. C. eo. properandam. extr. de dolo & con
tu. finem ¶ Vel ſic:
FORMA. Sapiens nunquam inanis eſt, ſed ſemper in ſe ha-
bens amictum. prudētiæ, qui poteſt dicere: inducebam iuſtitiam,
& iudiciū ueſtiebam. Sane dominus talis uere ſapiens eſt, quē ſci-
entiæ fulgor, & diſcretionis uirtus exornant: ſed quoniam homo
eſt, decipi potuit, & ad credulitatem pertrahi falſitatis: quia filii,
hominum mendaces ſunt in ſtateris & ſe adinuicem decipiunt i
cauſarum merita occultantes, de pœ. diſ. ii: ſapiens & j̃ in forma,
ſunt nonnulli. & s̃. §. nunc tractemus. in prin. ¶ Vel tali præfatio-
ne reus utatur:
19 FORMA. † Humanæ aures talia uerba iudicant. qualia foris
ſonant: ut uigeſimaſecunda, quæſtio. v. humanæ. Ideo namque in
ſtituta ſunt, ut per ea quiſque in alterius notitiā ſuas perferat co-
gnitiones, non ſe, ut eis homines fallant: ut ea. quæ. ii. inſtitutum
reuerende domine ſi autem credulitatis his quæ cum uobis co-
lorate ſunt propoſita præberetis, tanto magis de uobis mirarer
quando uos noſco utriuſque iuris peritia præpollere. ext. de di-
uor. quanto. reſpon. i. & in negotiis cautum eſſe: ut xxiii. diſtin.
qui epiſcopus. in prin. Sed ſcio, quod à paleis noſtris grana dete-
gere: ut ff. de acquiren. re. do. adeo § cum quis ex. ibi: aut ſpicis tu
is, &c. & ii. q. i. multi. ibi: uelut in meſſe, palea eſt. & de conſecrat.
di. v. diſcipulos. Vnde colorem uerborum non attendetis, ſed rei
ueritatem, quæ non conſiſtit ſolum in cōtentione ſermonis po-
tius conquiretis, ut xxxvii. di. omnē uim palea eſt quo facto um-
bram ſolam imaginariam, omni quidem effectu uacuam in eis
poteritis reperire xxxvii. diſt. unio. extr. de conſue quanto. orato
rique aperte dicetis: Recede, recede: loquela tua non illuminat
cecum, non ſanat ægrotum, nec tuetur cliētulum, ſed impugnat,
xlv. diſt in. recedite. Nec propter eius paleam aream. ueſtræ recti
tudinis

ADDITIONES.

a Dicit. ¶ Epi. l. in fin.
b Vrbem. ¶ Ibi uideas in ii. gl.
c Etc. ¶ Vt s̃. eo. § uer. modus.
d Dic. ¶ Vt dixi s̃. § proxi. in prin. ult. col. & clamaui quod ſtatim allegatum
eſt xxi. Octonarius.

tudinis relinqueris:ut xxiii q.vii.c i.imoſecernētes uentilabro re
cti iudicii granum veſtrum ab eius paleis.vt in præ.c multi in ſina
li ei dicetis calculo,quod palea eſt: vt xxxii q.4.recurrant in fin.vi
debunt que recti, & lætabuntur,& omnis iniquitas oppilabit os
20 ſuum:vt pſal.cvi.† ¶ Vel tali.
FORMA.Callida quadam ac multiplici argumentatione ius
noſtrum pars altera auferre contendit:ita vt ſi fides verbis adhi-
beaẽ,ut non verba pro uerbis, ſed res reportaret pro uerbis Sed
Deo propicio.ſi uerba dederunt. uerba etiam reportabunt. Hæc
leguntur xiii.q.1.capitu.eccleſias §.ad hæc callida. licet ergo per
aduocatum partis alterius multa & ſatis eleganter ſint propo-
ſita, & authoritas me moueat proponentis: a iure non tamen
diſſentio,Nam & ſi authoritas Tuberonis excellens fuerit,tamen
Iuriſconſultus propter hoc a Seruio non diſſentit. ff. de ſupel.
leg Labeo.Et quidem partis aduerſæ,&c ut ſ. in forma, ſapiens
¶ Vel ita:
FORMA.Noti ſunt,uobis,domine iudex,qui uentos de the
ſauris ſuis producunt, nubes quæ ab extremo terræ educunt,ut
in Pſa.cxxxiiii.& xxiiii.q.1.non afferamus. Aperiunt namque fon
tes ſcientię:qui cum non habeant aquam doctrinæ, promittunt
imbrem uelut nubes propheticæ, & turbinibus exagitantur men
daciorum:loquuntur grandia,& totus ſermo eorum falſitas eſt:
ut de pen. diſt.2.ſi enim inquit. vltra medium, uer.hi ſunt fortes.
& ii.q.vij.ſequuti ſunt.ad finem contra illud, Nolite multiplica
a re loqui ſub limia gloriantes. ut in Cantico, Exultauit a. Venien
tes namque in altitudinem maris, tempeſtas demerſit eos: vt in
Pſa.lxxiii.poſuerunt enim, ſecundum Phophetam, mendaciũ
ſpem ſuam, & in mendacium operis ſperauerunt. C. de ſum. tri.
b liquet.§.j. [b] Vnde quia, vt ait Ouidius, Nullum tempus fuit no-
bis moroſum in fabulis conficiendis. & v.q.iiii. in loco. in princ.
& ar.ad hoc xxxvii.diſt. capitu.1.& 2.& cap legimus.& xxvi.q.v.
nec mirum.in prin.2. col.ver.his igitur. quia per oblectamenta
fabularum, mens incitatur ad incentiua libidinum: vt ea diſt.
capitu. ideo.Idcirco fabulis ex aduerſo propoſitis: quia ponde
re carent, nec cauſam tangunt, non propoſui reſpondere: ſed
deſcendam ad ea, quæ ad cauſam faciunt: & quæ clientu-
lum meum iuuant:ut ff. de verb. oblig. quæ extrinſecus, ¶ Vel
ita:
FORMA.Nihil omnino reſpondere propoſitis audito-
rum gratia, vtile non uidetur: ne forte credar reſponſionis pe
nuria declinare certamen, & ne in auditorum animis contra
rius veſtrum quiſquam credulitatis ſcrupulus relinquatur; vt
xliii.diſtin. in mandatis.in fin. idcirco his, quæ ſunt ex aduerſo
propoſita, licet pondere careant, nec ad rem faciant reſponde-
re intendo. Et primo ad hoc, quod prius dixit, &c. Et ſerua
modum in reſponſionibus, quem dixi ſ. ver. poſt hoc.in fin. &
quem ponit Gratianus, xiii.q.1.d §. ad hoc calida.& papa extra,
de verb. ſig. abbate. & de re iud. abbate ſane. & de conceſſio.
c præ quia cũctis [c].& in multis aliis.& Ang.xxviii.q.1.ſic enim ne
que.¶ Vel ita:
FORMA Sunt nonnulli,qui dum æſtimari hebetes nolunt,
ſępe ſe in quibuſdam inquiſitionibus pluſquam expediat exercẽ-
21 tes, ex nimia ſubtilitate falluntur. † Subtilitas enim immodera-
ta,dum plus quam decet,exercetur,actionis ſuę rectitudinem ip-
ſa confundit,xlix.diſt.hinc etenim.circa princ ver.paruo autem
& ver. naſus etenim.Hos igitur talis dominus, qui paulo ante
propoſuit imitatus,uolauit ſuper pennas ventorum;vt Pſal.xvii.
oculos ſuos trans cęlum leuans, ultra profundum terrarum &
abyſſi in quoddam inane demergens:vt xxxvii. diſt. nonne. & ſta
teras doloſas non iure attulit,quibus non rationis,ſed uoluntatis
arbitrio,quod uoluit appendit:vt 24.q.1.non afferamus. Poſuit-
que os ſuum ſuper cælum, lingua tranſeunt ſuper terram: ut
21.diſtin in tantum. & in Pſal. lxxii. non attendens, quod ci-
to, ſępe ruit, qui ſuper aſtra uolat: non attendens etiam, quod
20 contractus,de quo agitur, ſit bonæ fidei. † Et ubi bona fide agi-
tur, non eſt de iuris apicibus diſputandum. ff.manda. ſi fideiu-
ſſor.§ quędam. & quod ſubtilitas nimia in iure reprobatur
aperte.ut extr. de iudiciis.dilecti.ergo huiuſmodi ambagibus re
probatis,ut C.de compen.l.fi.ad ea,quæ de facto tetigit.& de iu
re ſic.ſub epilogo reſpondeo. dixit enim &c ¶ Quod ſi alter per
maximas dialecticales argumentatus eſt ſic dicas.
FORMA Locutio ſcripturarum ſecundum cuiuſlibet ſcien
tię proprietatem accipienda eſt. Habet enim omnis ſcientia
quędam proprię locutionis genera,quę cum in aliam tranferun
tur,uidentur abſurda:vt 37.diſt.locutio.palea eſt, orator,ille quę
audiſtis, omnem vim inuentorum ſuorum in dialectica poſuit.
23 †Quæ,ſecundum philoſophum,non habet uim conſtituendi,ſed
ſtudium deſtruendi. Sed nec in ea placuit Deus pater & filius &
ſpiritus ſanctus:ut ea.di.omnem.pal.eſt. ſine quibus nullum boni
operis ſupereſt ædificium: ut 1. q. 1. cum Paulus.Dialecticorum
enim tendiculæ phantaſmata ſunt,& imagines,quæ cito pereunt
& ſoluuntur:ut ea.diſtin.vnio. & eorum garrulitas & argumenta
ſophiſtica reprobantur:ut ea.diſt,c.legimus §.hic etiam. cum per
ea ſæpe uiri eccleſiaſtici opprimuntur:ut 24.quæſt.3.transferunt.
¶ Vel ſi allegauerit poetas,dicas ſic:
FORMA.Orator ille,quem audiſtis, amatoria Buccolicorum
verſuum, ſeu Vergilij, uel Ouidij in ſuæ aſſertionis teſtimonium
allegauit,non attendens, quod per figmenta poetarum mens exci
tatur ad incentiua uitiorum:ut ea.diſtin.ideo. quare meretur cor-
ripi:ſicut & Hieron.ob hoc ab angelo eſt,correptus:ut ea.diſt.legi
mus. ¶ Vel ſic,ſi naturales libros induxit.
FORMA.Orator ille phyſicus, uel naturalis perſcrutator, qui
nempe oculos trans cęlum leuauit, & ultra profundum terrarum
& abyſſi,in quoddam inane demerſit, ocioſis philoſophorũ ſub-
tilitatibus ſe inuoluens: cur in uanitatem ſenſus & mentis obſcu
ritatem lapſus eſt:ut ea diſt. nonne.& cap.eccleſiaſticis.palea eſt.
¶ Vel ſic,ſi inducit multos verſus:
FORMA. Orator ille, quem audiſtis, iam bene feruet, qui
magnam metrorum multitudinem congerit & diſtinguit: ut
24 ibidem. † Vel ſi dixit de geometria, uel aſtronomia, vel ari-
thmetica, uel muſica, uel medicina, uel grammatica, & hu-
iuſmodi, dicas quod licet veritatem habeant, non tamen ſunt
ſcientiæ pietatis: vt ea. diſtin. ſi quis grammaticam. imo deſpecta
ſunt,& in deſuetudinem abierunt:quia in errorem mittunt:ut ea.
diſt.legimus.§.hic etiam & 26.quæſtio.2.capitu ſors.§. his ita.in
fin.& leguntur ut repudientur: ut ea. diſtin. legimus. ¶ Vel ſic,ſi
diſputat de uiribus uerborum, prout faciunt ſæpe dialectici &
grammatici.
FORMA.Orator ille,quem audiſtis,accurate de uerborum
viribus diſputauit,non attendẽs,quod indignum ualde eſt, quod
iuris ſcientia regulis ſubiaceat Priſciani: ut ea. diſtin. indignum.
25 † Nam dum uerborum proprietas attenditur, ſenſus veritatis
amittitur:ut extr. de uerb.ſignifi.prætereo. & uerborum diſputa-
tio pertinacibus eſt relinquenda,ſecũdum Tullium, curioſis, qui
de his,quibus non expedit facile diſputant:ut extra, de re iud.ab-
bate ſane.prope fi.lib.6 Ad omnes autem præmiſſas formulas cõ
cludat ſic.Sed certe excuſari meretur.nam non uoluntate, ſed po
tius grauiſſima neceſſitate propter inopiam, uidelicet iuris & ra-
tionis noſcitur id feciſſe:vt 37.diſt.qui de menſa.in fi.& c. 1,& 10.
diſt.ſi in adiutorium ¶ Poſtmodum uero ſurgat aduocatus redar
gutus,& dicat ſic:
FORMA. Nemo recte perſonam reprehenſoris ſuſcipit, niſi
qui ſuis actibus errata condemnat. 81.diſt.nemo. Seneca quoque
vir prudentisſimus & conſul,ut Inſtitu.de fideicom. hęredit.§.&
in Neronis ait:Si tibi ipſi non imperaſti, ut taceres: quomodo ab
alio ſilentium exigis? Et in Cato. dicitur: Qua libertate potes
alios corripere,dum tacite tibi reſpondeas eadem, quæ corrigis,
commiſiſſe.Nam male caſtigat,quem ſua culpa ligat.25.diſtin.ca
pitu fin.& 26.di.una.capitu ſi quis de 24. diſtin. 10.§. quod ergo.
3. quæſtio. 7 § quod ergo. dominus ille dilatauit ſuper me os
ſuum, ut in Pſalmo 34. & viſus eſt ſermonem meum redarguere
de prolixitate uel impertinentia,uel nimia ſubtilitate:ſed ſi tacuiſ
ſet,philoſophus fuiſſet.Sicut dicit Horatius,de quodam minus bo
nos uerſus conficiente: Prius enim debuit à ſe repellere, quod in
alio uidebat reprehenſibile.Nam iudicandus,alium iudicans, ſei-
pſum condemnat:ut de poe.diſtin.6 capitu. 1.ver.iudicãs. & ſeq.
& 40.diſtin multi.Et prius debuit de ſuo trabem, quam feſtucam
de oculo educere alieno.3. quæſtio. 7. capitu.infames.§. teſtatur.
Per me etenim ſufficienter, quæ circa factum & ius conueniunt,
facta ſunt,quibus nondum reſponſum extitit ex aduerſo. 43.diſt.
in mandatis.in fin.& 23.quæſtio. 4 Nabuchodonoſor. reſpon.1.
Ipſe uero quod intellexit,retulit:ſed quia non bene intellexit,non
bene retulit,nec decenter:ut 36.quæſtio. 5. nec mirum. uerſus fin.
per unam colum.verſi.quod intellexit, &c. Imo diſciplinã meam
odiuit:& ſermones meos retrorſum proiecit: ut in Pſal. 49. Non
attendens illud Salomonis, Prius intellige: & tunc increpa. Priuſ-
d quam ſcruteris,non reprehendas.11.quæſtio.3.eorum. [d] Vnde de
plano fateor,quod uitium animi eſt indignis: & non intelligenti-
26 bus ſcientiæ ſecreta vulgare:ut 43.diſtin. capitu. fin. † ¶ Quia non
ſunt proiiciendæ margaritæ ante porcos;vt ea.diſtin in mandatis.
& 11.quæſtio. 3.nolite.prope fin. imo oportet eum,qui rudes allo
quitur, eorum ingenio ſe aptare, & uerborum ordinem pro au-
dientium

## ADDITIONES.

a Exultauit, ¶ Sumpto de priore 2.c.
b §.1. ¶ Alias eſt ſub l.inter claras,& habetur Eſa.28.
c Cunctis, ¶ Lib.6.
d Eorum, ¶ Ad literam non habemus; ſed conuenit quod habetur Ec-
cleſ.91.

dientium capacitate dirigere: vt 8. q. 1. oportet. Cum igitur ille
nondum ſufficienter militauerit ſcholaſticis diſciplinis, ut extra,
de elect. bonæ. 2. reſpon. 1. cum oporteat in talibus prius animas,
& poſtmodum linguas fieri eruditas: ut in procœmio Digeſtorum
§. illud vero ſatis. idcirco adhuc Donatum ſectetur, & ad oſtium
vigilet Priſciani: vt 86. diſtin. cum multa. extr. de æta. & qualita. ca.
27 fin. †¶ Vel ita:
FORMA. Sicut ait Boethius, Tot ſunt artis hoſtes, quot igno-
rantes. Orator ille, quem audiſtis, viſus eſt me redarguere eo, quod
aliqua dicta philoſophorum & poetarum vel gentilium inſerui
dictis meis. Sed certe eo ipſo quòd hoc vituperat, ſe illa ignorare
demonſtrat. Nam vituperatio artis teſtis eſt ignorantiæ: & ſecun-
dum Hiero. Nemo bene iudicat quod ignorat, & arg. 11. quæſtio.
3. eorũ. Non enim malũ eſt ab his expla ſumere. alioquin Moyſes
& Daniel, ſapientia, & literis AEgyptiorum, & Chaldeorum non
paterentur erudiri: nec Paulus aliquos verſus poetarum ſuis indu
a xiſſet ſcripturis: vt 37. diſtin. turbat. [a] nec Hiero. de conſe. diſtin.
5. nunquam. nec Augu. 26. quæſtio 5. nec mirum. nec Iuriſconſul-
tus. ff. de re. di. in tantum. in fine. ibi: Cœnotaphium, &c. & Inſtitu.
de contrahend emp. §. pretium. nec Iſido. extr. de uerbo. ſign. fo-
rus. §. lis autem. nec Innocen. IIII. de iureiur. quemadmodum.
nec Daniel, Ananias, Miſaël, & Azarias doctrinam Babyloniorũ
didiciſſent, ſi id peccatum eſſe ſciuiſſent: vt 37 diſtin. qui de men-
ſa. Non ergo abſurdum eſt, ſi quis aliquid ex eruditione commu-
ni, ac liberalibus ſtudijs, quæ forte in pueritia attigit, ad aſſertio-
nem ſuæ propoſitionis edicat: vt 37. diſtin relatum in fin. vnde ſi
28 tacuiſſet, philoſophus fuiſſet. †¶ Vel ſic:
FORMA. Sicut ait Seneca 1. Declmationum, c. 2. Creſcere ex
mea propoſuit inuidia homo, qui ſe melius iactare, quam defen-
dere poteſt. Orator ille cum ſe nequiret defendere, in meam de
preſſionem noluit ſe iactare, non attendens, quod omnis iactan-
tia à bonis eſt moribus aliena: ut 6. quæſtio. 1. imitare. Ignorãs etiã
regulam veritatis, qua prohibetur quis commendãdi ſui cauſa di
cere, quo minor alius fiat: ut 1. quæſtio. 3. ſi quis vero. Quinimo ar
rogantia tentus nimia neſciuit humiliter proferre, quæ dixit: ſed
orando in quodam ſibi uidebatur culmine reſidere, aſtantes ut lõ
ge infra ſe poſitos, uelut in ima conſpiciẽdo: ut 46. diſt. habet hoc
proprium. non attendens etiam illud Eccle. 32. capitu. Importune
noli extolli in ſapientia tua: qui enim poſtulat, alium contemnere
non debet: ut ſ. eod. §. in princi Sed caueat: nam quanto gradus al
tior, tanto caſus grauior. ar. de pœn. diſt. 2. in prin. & 1. q. 1. pueri.
¶ Vel ſic.
FORMA. Deus laudem meam ne tacueris quia os peccatoris
& doloſi ſuper me apertum eſt: locutus eſt aduerſum me lingua
doloſa, & ſermonibus circumdedit me, & expugnauit me gratis
&c. ut in Pſal. 108. Vel ſic:
FORMA. Verba mea auribus percipe Domine, intellige cla-
morem meum, &c. Pſalmo 5. Vtrum autem audietur patronus
rei uolens iterum replicare, dixi ſ. e. §. ver. cæterum. ¶ Poteſt quo
que utriuſque partis aduocatus ſequentibus uti præfationibus, &
primo ſic.
29 FORMA. Quia fides ueritatis verborum, &c. ver. deinde. † Et
ipſe legiſlator captiones & ſuperfluitates uerborum excludit: vt
C. qui admit. ad bon. poſſeſ. l. ut uerborum. & extra, in procœmio
Decre. §. ſane. C. de no. Co. comp. ver. quib. ideo uerborum proli-
xitate depulſa, ad facti venio quæſtionem, quæ eſt talis, &c. Vel ta
li ad captandam beneuolentiam:
FORMA. Ad iudicis pertinet officium in cauſis iuſta exaudi-
re deſideria patronorum: ut dixi ſ. e. in prin. Cum igit iſte pro iu-
ſticia ſiue iure, cuius uos noui electorem ſedulum ab antiquo. ff.
de iuſtit. & iur. l. 1. & 12. quæſtio. 2. cum deuotiſſimam. & ad quam
ex debito tenemini: ut j. ver. uel tali ad iuſticiam ſcio quòd be-
nignam mihi prebebitis audientiam, cum pro ea inſiſto precibus
30 obtinenda. † Nam ſuperfluum eſt, precibus poſtulare, quod de iu
re communi competit: ut C. lib. 10. de theſauris. l. unica. Veniam
igitur poſtulãdo ad principalem uenio quæſtionem, quæ talis eſt,
&c. ¶ Vel tali:
FORMA. Tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus.
50 diſtin ponderet. Nam lenta virtus & cunctatrix ante iudicat,
quam incipiat, de pœn. diſtin. 4. inter hæc hircum. ver. velox. Re-
uerende domine, licet in conſpectu veſtræ prudentiæ non debue-
rim uacuus allegationibus apparere: vt de conſec. diſtin. 1. omnis
Chriſtianus. tamen negotijs variis impeditus ad plenum delibera
re nequiui: aliqua tamen intendo dicere, ut termino ſatisfaciam
præſtituto: quare ſupplico & obteſtor, ut ſi quid minus compe-
31 tenter adiecerim, parti meæ non præiudicet, nec noceat. † Nam
linguæ lubricum non eſt ad conſequentiam pertrahendum. ff.
ad l. Iul. ma famoſi. 2. quæſtio. 3. ſi quis iratus. & precis uitium ſu-
peret precantis affectus, ut de conſ. diſtin. 4. ſi non ſanctificatur.
¶ Vel tali.
[FOR]MA. Cum ſuperuacuis laboret impediis, qui ſolem cer-
tat facibus adiuuare, vt 6. quæſtio. 1. ſi omnia. nec adiectione indi
geat plenitudo: ut ibi, & 96. diſtin. bene quidem. in princip. veſtra
induſtria & fides explorata, quam in cauſis geritis: vt ff. de officio
præfecti pretor. l. unica. prope finem. adeo cunctis patet, ut ne-
queat non eſſe notoria, nec indiget commendari. ff. de in integr.
reſtit. l. 1 extr. de cohab. cleric. tua. extra, de cleric. excom. miniſtr.
illud in princ. de qua confiſus cum veſtra gratia accedo ad propo
32 ſitum principale. †¶ Vel tali:
FORMA. Quidam modus antiquitati placuit, cui debetur
reuerentia: ut extr. de transla. quanto. & 9. quæſtio. 3 conqueſtus.
55. diſtin. priſcis. in princi. 2. quæſtio 6. anteriorum. ver. illud etiã.
& ff. de iur. immu. ſemper. Nunc uero noſtri nouitas temporis
alium per uſum amplexa eſt modum, ad inſtar eius, quod legitur
Inſtitu. de ſatiſd. circa princip. & §. ſed hoc hodie. Antiquis enim
præfationum placuit ſolennitas: ut ff. de ori. iur. l. 1. hodiernus ve-
ro eas aſpernatur vſus. vt not. ſupra eod. §. in princip. In hac igi-
tur parte prærogatiua fultus conſuetudinis, cuius tranſgreſſio pœ
nam habeat: vt 11. diſt. in his commendationum de veſtra gratia
ſemotis præludiis, ad eam, de qua præſens verſatur intentio, tran
ſitum facio ad quæſtionem, quæ talis eſt, &c. ¶ Vel tali, ad iuſticiã
obtinendam:
33 FORMA. † Cum ſummum bonum in rebus ſit, iuſticiam cole-
re: vt 12. quæſtio. 2. cum deuotiſſimam. ad quod domine iudex,
ex veſtro tenemini officio: ut 9. quæſtio. 3. cum ſcimus, quia non
eſt iudex, niſi in eo ſit iuſticia: ut extr. de ver. ſig. foras. & 23. quæ-
b ſtio. 2. capitu. 1. iuxta illud [b] Iuſte iudicate filij hominum. [c] Iuſte
c facite iudicium Scio, quòd tanquam iuſtus & rectus iudex, ſtate-
ram in manibus habebitis, & lances iudicij æquo libramine appẽ
detis: & ſolum Deum præoculis habentes, omni gratia & fauore
poſtpoſitis, ſine perſonarum acceptione procedetis, non decli-
nantes ad dexterã vel ſiniſtram, & unicuique quod ſuum eſt red
dere ſtudebitis. extra, de accuſat. capitulo qualiter. 1. de in. no-
uit §. ſed forſan & de re iud. cum æterni li. 6. 45. diſt. omnis qui
extr. de elect. cum inter un uerſas in fin. & Inſtitu. de iuſti. & iure
34 in princip. ff. eod. iuſticia. extra, in procœ Decre. † Iuſte enim iudi-
canti non aduerſabitur quicquam. C. de ſum. tri. inter claras. ſu-
pra §. proxi. uer. item de iuſticia. & ſequen. quæſtio igitur talis eſt,
&c. ¶ Vel ſic:
FORMA. Sæpe tempus & hora non patitur plenius deliberan-
di ſumere conſilium. vt ff. de exerci. l. 1. 5 diſtin. baptizari. 26. q 6.
hi, qui. & ſ. in forma, uel tali tempore. Vnde mora, quę ſæpe peri
culoſa eſt, me ad loquendum ſine præfatione inducit. extr. de ele-
d ction. cum inter. ¶ Vel tali, ſi fueris coram papa: [d]
35 FORMA. † Si pallet facies, ſi liuẽt labia, ſi lingua balbutit, ſi mẽ
bra cætera contremiſcunt, ſi ante illum loqui paueo, qui in apo-
ſtolatus cathedra, & in eminenti præeminentis eccleſiæ ſpecula
cui eſt omnis ligandi ac ſoluendi poteſtas, & cui obediunt im-
peria, & regna terrarum famulantur: mirandum non eſt, quia
ſum velut paſſer ante thronum Dei & agni, & ſicut plumbi fi-
ſtula aquam producens inſipidam & turbatam. Sed cum, pa-
ter ſancte, ſitis Dei & hominum mediator, & uobis curæ ſit
etiam de puſillis, nec apud uos ſit acceptio perſonarum, de
ſolita fidens clementia, ante ſanctitatis veſtræ conſpectum lo-
qui præſumo. Hæc probantur 19. diſtin. enim uero. 22. diſtin.
capitulo 1. & 2. 24. quæſtio. 1. quodcunque. extr. de maio. & obe.
ſolitæ ad fin. 1. quęſtio. 1. ſi fuerit. 10. diſtin. quoniam. extra, de no.
ope. nunc. capitulo 2. ad fin. de renun. niſi cum pridem. §. pro gra-
ui. de iud. nouit. § ſed forſan. 63. diſt. ſanctorum. ¶ Vel tali coram
Imperatore.
36 FORMA. † Sereniſſime Romanorũ rex, Romani Imperij mo-
derator, & ſemper Auguſte, qui ſuper ſolium gloriæ triumphali
in throno Imperialis culminis fulgore mirabili rutilatis: qui etiã
cuncta iura in armario veſtri pectoris conſeruatis, de iure & iuſti
cia, cuius eſtis, tam cultor quàm debitor, loqui coram maieſtate
veſtra præſumo, ſuppliciter poſtulans, ut aures imperialis clemen
tiæ præbeatis. ff. de his quæ in teſt. delen. proxime. 97. diſtin. ca. 1.
ext. de ma. & obed. ſolitæ. ¶ Vel ſic coram eorum vicarijs, uel de-
legatis.
FORMA. Cùm digna vox in maieſtate regnantis, uel cum ſe-
dis Apoſtolicæ prouidentia vos ſuum uicarium conſtituerit: uel
vobis

ADDITIONES.

a Turbat. ¶ Vbi ſatis de hoc.
b Illud. ¶ Pſal. 56. dicitur recte iud.
c Hominum. ¶ Io. 2.
d Coram papa. ¶ Hic de quinque exordijs, quæ in ultima charta ponit Aegi. fecit unum, & eius etiam ſine allegatione iurium fuerunt inferiora, vſque ad ver. cum autem premiſſis. poſuit etiam quędam exordia diſcipuli, cum eſt collega magiſtri, uel contra magiſtrum.

vobis cauſam talem ex certa ſcientia commiſerit, & veſtræ induſtriæ iuſticię claues commiſerit, decet vos illorum typum gerere cunctis paſſim iuſticiam reddendo, grauatis indebite opem ferendo, & fortiorum inſolentias reprimendo, &c C. de legi.l.dignn. extr. deoffic delega. capitul fina. xciii. di.capitu. fin. xciiii.diſt capit.1.ext.de reſcr.ſuper literis pro e finem.¶ Vel ſic coram Cardinalibus:

37 FORMA.†Cum præclara ſitis eccleſiæ luminaria, & candelabra ſplendore iuſticiæ radiantia. ¶ Vel ſic:

FORMA Cũ eccleſiæ Dei ſitis principales baſes, & colũnæ, vtpote qui veſtrorum virtutibus meritorum vicarii Ieſu Chriſti lateri aſſiſtitis, qui mundi cardo eſt: & vos exinde dicimini cardinales, quorum prouidentia & conſilio mundus, velut oſtium cardine, gubernatur, confidenter ad vos poſſunt, recurrere, qui iuſticiam alibi nequeunt obtinere. xciii.diſt.diaconi ſunt. in prin. &c. ſacerdotes.ii.quæſt.vii accuſatio.ver.hæc & alia. extra, de transla, epiſc. c.inter.ver.nó enim.&c.ſeq. vi.q.j.quiſquis cum militibus. ext.d off.leg.c.pe.xxii.diſt ſacro.ancta.in fi.¶ Vel ſic generaliter coram quolibet iudice.

FORMA. Quædam mihi corã vobis audaciam tribuunt proponendi. Primum, clementia, qua ſingulis benignum præbetis auditũ. Secundum iuſticia, qua æquali ſtatera libratis audita. Ter-
a tium, quia in camo [a] manſuetudinis, & fræno rigoris maxillas conſtringitis ſatagentium a iure, ac rationis tramite deuiare, ipſos habenis regiminis ad viam rectitudinis reducentes. Quartum, quia iuſticiam foueo, & poſtulare intendo, quam libenter vos colere ſcio.ff.de off procon. nec quicquam § circa. xlv diſt. omnis.extr.de re iud.cum æterni.lib.vi.C.de iud.l.properandum. prope prin.xii.q.2.cum deuotiſſimam.¶ Vel ſic:

38 FORMA. A picturato verborum faſtu abſtinens, † in ſimplicitate, quæ amica veritatis eſt, loquar, quę ad factum nouero pertinere. Aurum nanque eloquentiæ a rubiginis ſcoria expurgatur, dum prolixitas abiicitur, & inſiſtitur breuitati: hic enim dulcius humanis auribus, velut, balſamus inſtillatur. 1. q. 1.capitu.Marchion. 38. diſtinct ſedulo. extr. de dolo & contumac veritatis.xxxvii.diſtin.legimus §.hinc etiam. & xlviii. diſtin. c.j.& ſ.ver deinde.¶ Quod ſi plures aduocati ſint ex altera parte, ſic dicet partis alterius aduocatus:

FORMA.Cauſa tua multitudinis oneroſæ me ſuperare ſatagit machinationibus cauilloſis Sed ecce accepi & apprehẽdi pharetram canonum, & arcum legalem, chordamque iuris vtriuſque extendi, allegationum ſagittis ſagittare cupiens, & ferire iuris noſtri noxios inuaſores: & quanquam ſim in hoc certamine ſingularis, iuſtitię tamen clypeo præmunitus imminentium non metuo multiplicata agmina bellatorum.¶ Si uero ſint plures ex eadem parte, ſic dicet unus illorum.

FORMA.Copioſa & celebris domini P.diſcretio mirifice corda audientium recreauit: & velut auſter perflans in hortum iuris canonici & ciuilis fecit in gyrum illorum aromata ſuis flatibus redolere. Soluit enim præſentis quæſtionis nodum, & plene cauſam inſtruxit: adeo vt aliis propoſitionibus non ſit opus. Sed vt eius parcam iuſsionibus, pauca dicam.¶ Si vero ei iniungatur vt prædicat, ſic dicet.

FORMA. Velut baliſta præmittor ad allegandũ conflictum, non quod ſcientiæ merita exigant, vt præferar in dicendo: ſed vt mei commilitones iuris in hoſtes glorioſius valeant triumphare Vel ſic: Sed quia in caſtrorum acie ordinata debiliores aggreſſores præmittuntur, vt fortiorum uires clarius eluceſcant: vt ſ.
39 §.iam nunc.ver. porrò†¶ Cum autẽ præmiſſis exordiis patroni cauſarum ad factum deſcendere uoluerint: vt ſuper eo ius conſtituatur, ſic poterit dicere.

FORMA.Licet ius, quod finitũ eſt, & certum, uariari non poſſit: ut ff. de iu. & fac.ignorant.l.in omni.factũ tamen ſępe uariari poteſt.arg ff ad muni.ordine.Quare de facili poſſet iudicantis religio circunueniri, quantumcunque ſit in iure peritus; quia facti ignorantia prudentiores ſępe fallit: ut in prçce.l.in omni. & ſ. §. nunc tractemus & idcirco factum ante omnia reçitabo: quod tale eſt, &c. Vel ſic:

FORMA. Quęcunque in lite fiunt, uel ad factum, uel ad ius referuntur, adinſtar eius, quod legitur C. de hære.inſtitu. cum proponas. Nam quælibet quæſtio eſt uel facti, uel iuris: ut ff. de uſuris.mora.Cum igitur ex facto ius oriatur: ut ſ.in §.nunc tractemus. in prin idcirco prius factum breui relatione referam, quam ſuper ędificem iura: quia ubi non eſt fundamentum, nullius boni operis ſupereſt ędificium: ut ſ. c. § uer. poſt hoc. Vtar tamen breuitate, ut excludam captiones & ſuperfluitates uerborum. C. qui admi.ad bonor. poſ.ut uerborum. C. de teſta. cũ antiquitas. & ſ. eo. uer. deinde ſeries autem facti talis eſt, &c.

40 † ¶ Porro in proceſſu iudicii in diuerſis caſibus aduocati aliquibus uti poſſunt prefationibus: de quo exempla aliqua ſupponamus. & ptimo ſic:

FORMA. Lege cautum habetur, quòd edicta prætorũ cõſoria ſic non debent: ut ff.de iudic.ſi prætor.ext.de cland.deſpoca.ſi.§.pen.extrà, de matri.contract.cõtra interdi eccleſiæ.c.i. cũ ſiis concor.nec leges ludibrio eſſe debent.C de bon.quæ lib.l.fi
b §.ubi autem extra, de except.cum inter. [b] & idcirco ne ueſtrum. iudicium eluſorium ſit, diſquiratur primitus, an tale mandatum ſit ſufficiens, extra, de procur.in noſtra.in fi.C.eo.licet.Vel ſic cõcludes: & idcirco talem, qui ad veſtrum non curauit venire mandatum, animaduerſione debita puniatis.extra, de do.& cõtuma. prout.ff.ſi quis ius dicen.non obtem.l.vnica.C. de iudic.l. properandum

41 FOAMA †Cum de omnibus confiteri uideatur, quiſquis ſubterfugere iudicium quærit: vt extr de præſum.nullus. veſtra aperte videre poteſt prudentia, qua iuris prærogatiua pars aduerſa fulciatur: quæ per excogitata quidem ſubterfugia retardare nititur negotium principale ¶ Vel ita.

FORMA. Cùm id, quod infirmari, uel uituperari poteſt, diligenter debeat præcaueri: ut ext de ſer.non or capitu. 1. ſolicitus, domine iudex, eſſe debetis, ut uires mandati primitius diſcutiatis: uel perſonam actoris, uel rei examinetis, an cum eis iudicium ualeat exerceri, ne proceſſus in poſterum iure ualeat irritari. ¶ Vel ſic.

FORMA.In qualibet iudiciorum parte, oculũ iudicãtis oportet cuncta rimari, & mediatione ſedula intueri, ne in aliquo circũueniri valeat religio iudicantis.20.q.vlti.iudicantem.extra, de fide inſtru cum Ioan prope fin.extr.de off.dele.ſuper queſtionum. §.nos autem. in fin. §. Et inſpicere debet. iudex quid euenire poteſt: vt ff loca.ſi quis domum.§.j.& quod infirmari poteſt, præcauere.extra, de ſer.non ordi.c.1.ideoque ſolicitus, domine iudex, &c.vt ſ.proxi.¶ Vel ita.

c FORMA Euidenter intelligit, qui hoc prudenter attendit, [c] quare momentaneæ dilationes dari petũtur, quæ nullum, uel modicum petenti afferunt adminiculum, ſed retardãt negotiũ principale. Vnde, domine iudex, vos, ad quem ſpectat lites dirimere, vt ff.ſi cer.per.quidam.& ff.de noui ope.nuncia.l.1 §.& poſt operis extra, de dolo & contu.finem.& de reſti.ſpol.frequens.libr.6. dilationes huiuſmodi denegare debetis.Quod ſi opponitur, ꝙ à iure conceduntur: vt 3.q.4. ca induciæ.§ ſpatium. & iuris beneficium nemini eſt denegandum: ut in auth.colla.4.ſed hoc. 28. diſtinct.de his.ext.de ſecundis nup.§ pe.& fina.attendite, ſi placet,
42 qua mente locutus fuerit legiſlator: ut ff.ad exhib.l. pen. †Mens enim potius, quam verba ſpectatur: vt ff.de ſupel.lega. l. Labeo. 38.diſtin.ſedulo.extra.de uerb.ſig.præterea. Malitijs ergo aduerſarij obuiantis indulgendum non eſt, extra, de reſcrip.plerunque. ¶ Vel ita:

FORMA. Iuris probata docet ratio ordinem in cauſis debere ſeruari adeo, ut ſi quid ex ſubſtantialibus omiſſum, ſeu præpoſteratum extiterit: iura decernant irritum, quod inde ſequitur, & inane: ut C. de ſenten. & interlo.omn.iudi.prælatam.C. de iura. ca.l, 2.§.ſed quia ueremur. extra, de lite conte.capitu.unico. ff. de fideicommiſ. liber.generaliter.§. ſi quis. quia ex his quæ inordinabiliter acta ſunt, nihil poteſt ordinabiliter agi.extra. de accu.qualiter.1.Igitur precor uos, ut ſecũdum iuris ordinem procedatis: ut veſter proceſſus teneat, & ne ex hoc pars noſtra in aliquo lædi poſſit. Hæc breuitatis cauſa exempli gratia ſufficiat memoraſſe.

43 † ¶ Sed nunquid aduocatus in cauſas leges & canones allegans, debet ruſtico id petenti ipſas materna lingua proponere, ut ille intelligat? Et uidetur, quod ſic nam nemo reſpondere cogitur in iudicio, niſi prius quæ proponuntur, intelligat. 5. quæſtio. 2.relatum. 11. quæſtio. 3. quid ergo Item nemo lege aliqua obligatur, niſi quæ lex continet, ſibi plene referantur ut in authent. ut factæ no.conſtitutio.§. ſancimus colla. 5. 18. diſtinctio. capitu.fin.Nec etiam obligatur quis reſpondere ad uerba non intellecta. extr.de ſponſal.ex literis.1.ff.de uerbo.obliga.l.1.§ fin. Ad hoc etiam facit 63. diſtin. capitu.fin.ibi, uitium animi, &c.ff.de eden.l.1. ff. de inter.actio.de ætate § nihil. Contra, qa ignorans ignorabitur. 37. diſt.c.fi.debet enim talis querere interpretem.ff.de uerbo.oblig. l 1.in fi.63.diſtin. Adrianus So.dicunt H.& Bart.quod tenetur ſic
d allegare, quod à iudice & à parte [d] intelligi poſſit.argum.pro eis 28 quæſtione. 1. capitu.ſic enim neque. prope finem. ubi dicit
e Ange.ad Polientium, cum quo contendebat: [e] Intelligis ne quid dicam

ADDITIONES.

a In camo. ¶ Sumptum de Pſal.31.
b Cum inter. ¶ De ele.commiſſa.§.porro.lib.6.
c Attendit. ¶ Miror quod non allegauit de tempor.ordin. literas.in
d Parte. ¶ j.hoc temperat.
e Contendebat. ¶ Et ſic loquebatur pars parti, non iudici.

dicam? an in hoc explanando aliquando diligẽtius immorabor?
Attende vt rem ipſam explanandam tanquã in conſpectu decla-
randam planiori ſermone ponamus. Ad idem facit 24. quæſtio. 1.
opi. ibi, noſtris ſermonibus agnoſcamus, &c. & 22. quæſtio 2. is au
tem ibi, vt eis quiſque in alterius notitiam, &c. Dominicalis quæ-
ſtio eſt 65 Vel dic, quod ſi iudex eſt literatus, ſufficit ſibi fieri fi-
dem, & allegationes exponi. argu. C. de condi. ob turpem cau. l. 1.
extra, de reſcrip. inter cæteras. C. ſi aduer. credit l. 1. ff. de probatio
ni l. quinquaginta. Nam iudex poſtea exponet parti, vel aduoca-
to idiotæ: vt C. de litigio. auth. litigioſa & hoc vti ius eſt aduoca-
a tis, ut idiotas à cauſis excludant.[a] Iudex enim explanando fatiga-
44 bitur: ſicque illos eiiciet cum pudore.† ¶ Si autem iudex ſit illite
ratus, vt C. de iudi. certi. quia forte eſt baro, uel comes: tunc ſic de
bet aduocatus proponere, vt à iudice intelligi poſſit. alias enim iu
dicare non poſſet: vt de pœn. diſtinctione 6. capitulo. j. verſus fi-
nem. ver. iudiciaria enim, &c. & 11. quæſtione tertia, eorum. In q-
bus autem cauſis leges vel canones ſint allegandi, & an allegatio-
nes omiſſas poſſit quis repetere, dic ut j. de diſpu. aduoca. §. poſt
hoc autem. in fi. vbi plenius proſequere hunc tractatum.

ADDITIO.

a Excludant. ¶ Vt dictum eſt ſ. §. 1. ver. item, quòd non habet. & fuit hoc di-
ctum Ro. rub. 19. de cauſa edenda, ubi diſtinguit ut hic.

*SVMMARIVM.*

¶ De cautelis & officio aduocati actoris.

1 *Aduocatus actoris, qua ratione oporteat ſagaciorem & diligentiorem e ſe aduocato rei.*
2 *Euangelicum illud: Neminem in uia ſalutaueritis: quomodo actoris aduocato debeat adaptari.*
*Iacula minus feriunt, quæ præuidentur.*
3 *Breuiloquus eſſe non debet actoris aduocatus, ita ut de cauſæ contingentibus aliquid omittat.*
4 *Actoris aduocatus quomodo debet eſſe prudens ſicut ſerpẽs, & ſimplex ſicut columba.*
5 *Actoris aduocatus ſuperſtare debet generalib. tanquam inops ſpecialiũ, ne eius intentio citius agnoſcatur.*
6 *Nihil tam indubitatum, quod non recipiat quandam ſolicitam dubitationem.*
7 *Aduocatus caute recordari debet omnium, quæ in iudicio dicuntur.*
8 *Cautus eſſe debet actoris aduocatus, ut ſi poſſit prius agat poſſeſſorio quam petitorio.*
9 *Studere debet actoris aduocatus per iura & replicationes deſtruere exceptiones.*
10 *In criminalibus quomodo debeat procedere aduocatus.*
*In maioribus magis eſt conſulendum, & cautius agendum, quia circa ea maius periculum uertitur.*
*Commendare debet actoris aduocatus perſonam, in quam crimen dicitur eſſe commiſſum.*
11 *Rationes quæ ſint, quas in ſui commodum debeat aduocatus actoris iudici allegare.*

a .7. §. Conſequenter de cautelis & officio aduo-
catorũ petractandum eſt.[a]
Et prius de aduocato actoris. Secundo, de aduocato rei. Tertio,
1 de aduocato utriuſque ſimul diſcutiamus.† ¶ Et quidem [b] aduo
b catum actoris cui portat pondus diei & æſtus, qui etiam debet la
borare ad ampliandum cauſam ſuam: vt 4. quæſtio. 4. nullus vn-
quam. oportet eſſe ſagacem, & ſubtiliorem & diligẽtiorem quã
rei aduocatum. Nam reus in duobus caſibus obtinet: ſcilicet ſi ab
ſoluatur, uel ſi non condemnetur. Actor vero in uno tantum, ſci
licet ſi ſibi reus condemnetur. ff. de reg. iur. quoties & l. nemo 6.
quæſt. vlti. actor. & c. quod autem. ff. de re iud. capitu. fin. de cau.
poſ. cum eccleſia. in fi. de fi. inſtru. inter dilectos. in fi. Difficilius er
go eſt ad victoriam per unam viam, quam per duas peruenire
argumen. C. de dona. ſancimus. in fin. & 40. di. ante omnia. 32. diſ.
ca. 1. 4. di. ſtatuimus. Ad eius autem ſpectat officium laborare, vt
2 cito reus condemnetur:† vnde iuxta præceptum Domini dicen-
c tis apoſtolis, [c] Neminem in via ſalutaueritis, id eſt, non implicetis
vos aliis non neceſſariis, vel inutilibus: ne impediãt iter veſtrum,
ſeu negotium differatur in prin, medio & fine tam in proponen-
do, quam in concipiendo libellum, & in formando exceptiones:
& alias ſit breuiloquus, non concionator Italicus. 5. q. 5. c. fi. §. ſed
aliud. Plura enim effundens inſtruit aduerſarium: & ſuum propo
ſitum nimis explicat, quod facere non debet: ut ſ. §. iam nũc. ver.
cautus tamen. Nam, Tela nocent leuius, viſa volare prius. datq;
 occaſionem concionandi & differendi, ac phylacteria dilatan
 q. 5. c. 1. & magnificandi fimbrias: ſicque de ſeipſo conque-
 à quo vitij cauſa & occaſio proceſſit. C. ad l. Iul. de adul.
l. fi. ff. de min. reus. ff. de excu. tu. quinquaginta. ext. de eo, qui cog.
conſa. vxo. ſuæ. c. diſcretionem. argu. 32. q. 5. c. 1. & §. 1. & c. quan-
3 to.† Non autem ſit adeo breuiloquus, vt de cauſæ contingenti.
bus aliquid omittat: nec per nimium compendium ad magnum
veniat diſpendium: ut in conſtitutione Digeſtorum, & extra, de
re iudic. abbate ſane. prope finem lib. 6. extra, de accuſa. qualiter,
ſecundo, prope fi. & vide j. de libel. conceptio. §. ad huius. verſi &
in ſumma. Si enim plura proponat, grauat ſeipſum in probationi
bus: quia ei mos gerendus eſt. ff. de proba. circa. extr. de proba. li-
4 cet.† ¶ Item habeat aſtutias ſerpentis, ne alterius inſidijs ſupplan
tetur. 6. q. 1. ex merito. in fin. 16. q. 1. ſi cupis. imo potius vulpinam
ſimplicitatem: oſtendat enim ſe ſimplicem: & ſic aduerſarius eum
minus verebitur, & cõtra eum parum ſibi prouidebit. Si enim eũ
aſtutum exiſtimaret, ſolicitus eſſet ad vulpeculam capiendam: vt
d extr. de purga. cano. inter ſolicitudines. reſp. 1. iuxta illud, [d] Da oc
5 caſionem ſapienti, & ſapientior erit. 24. quæſt. 6. vides. in fi.† ¶ Itẽ
cautus ſit, vt tanquam inops ſpecialium ſuperſtet in generalib. vt
ſic ſimplicitas prætendatur: & ne eius intentio agnoſcatur. ff. de
iur. fiſ. ita. utatur etiam ambiguis & duplicib. ſermonib. tanquam
propriorum expers, vt poſſint ad diuerſos trahi ſenſus. 37. diſtin.
relatum ſicut ille, qui dixit, Reginam interficere nolit, timere bo
num eſt: & ſi omnes conſenſerint, ego non contra dico. Hęc enim
verba poſſunt ad malum, & ad bonum retorqueri intellectum:
& tunc accipiet verba pro eo, & eius ſtabitur interpretationi. ff.
de iudicijs. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de verborum obliga-
tio. inter ſtipulantem. §. 1. 22. quæſtio 5. humanæ. extra, de ſpõſa.
e ex literis. 1.[e] & uide in præd. verſ. ſumma. Tales enim ſimulatio-
nes vtiles ſunt, & tolerantur, exemplo Iehu regis Iſrael, & Dauid,
& aliorum: vt 22. quæſtio. 2. utilem. cum ſuis concord. extr. quod
6 met. cau. c. 1.† ¶ Item caueat, ne alleget publice legem pro eo ex
preſſe facientem: ſed eam iudici, cum neceſſe fuerit, dicat ad au-
rem: & per eam ipſum informet, ne aduerſarius contra illam ſeſe
ualeat in reſponſionibus præmunire: quia nil tam indubitatum
eſt, quod non recipiat quãdam ſolicitam dubitationem. In auth.
colla. 4. de tabel. § ſi uero indignus. uerſi. proinde hic. Et leges ſæ
pe calumniantur, ut C. de legi. non dubium. & cauillantur, ut ff.
ad Tertul. l. 2. §. tractari. & de regu. iur. ea eſt natura. & captantur.
ff. ad exhib. l. penul. & poſſunt trahi ad diuerſos intellectus, pro-
ut unuſquiſque præſumit: ut in præ. capitu. relatum. & iunge
7 quod not. infra de diſpu. §. porro. ver. in ſumma.† ¶ Cautus quo-
que ſit, ut recordetur omnium, quæ dicuntur: ut ſ. §. iam nunc.
f ver. cautus tamen. ¶ Studeat inſuper ſecundum [f] Vber. quantum
cũque ſit peritus, vt, ſi poteſt, iudicium ſine libello & ſine iudicia
ria ſolennitate procedat: ut eius intentio latius procedat, & diffi-
cilius à re, uel actione, ſeu cauſa propoſita cadat: ut ff. ſi men. fal.
mo. dixerit. l. prima, in prin. verſ. ſin autem. & ne libelli forma lon
gas capiat diſputationes, ſicut fit in curia Romana C. de edẽ. edi-
ta. extra, de iudicijs. capitulo, examinata. De his autem negotijs,
quæ de plano procedunt, habes ff. de off. procon. nec quicquam
§. de plano. C. de naufra. l. pen. 11. quæſtio. 1. ſi quis cum clerico. &
no. ſ. de off. om. iudi. §. poſtremo & j. de lib. concep. §. nunc dicen
dum. & infra. de inqui. §. quãdo autem. Vt autem obtineas in cau
ſa ſine libello procedi, allega, quod boni præceptoris eſt lites mi-
nuere: &, quod parcendum eſt laboribus partium & expenſis.
ff. ſi certum pet. l. quidam. ff. fami. erci. heredes. § de pluribus cum
ſuis concord. extr. de officio deleg. cum te cõſulente. extra, de re-
ſtitutione ſpoliatorum. frequens. lib. 6. Hæc autem obtinent, niſi
ſit tale negotium, ex quo oriatur actio, ſine qua nemo experitur.
ff. de negotijs geſtis. l. ſi pupilli §. fi. Vtrum autem tunc ſit de ſub-
3 ſtantia libellus, not. j. de libel. concept. §. utrum.† ¶ Cautus etiam
ſit, ut prius agat, ſi poteſt, poſſeſſorio, quam petitorio: quia com-
modius eſt poſſidere, quam in rem agere. Inſtitu. de interdictis. §.
retinendæ. extra, de reſtitutione ſpoliato. c. ex conquæſtione, &
c. in literis. & c. item cũ quis. ff. de iud. ſi de vi. C. de rei uend. ordi-
narij. & ſi expedierit in lite cõteſtata, poterit de poſſeſſorio ad pe
titorium habere recurſum. extra, de cau. poſſeſſ. & proprie. paſto
ralis. ff. de vi & vi armata. cum qui fundum. Item cautus ſit, ut ali-
quid coram iudice reuocet in dubiũ, & ſuper hoc faciat iudicẽ pro
reo

ADDITIONES.

a Conſequenter. ¶ De cautelis & officio aduocatorum pertractandum eſt.
b Et quidem. ¶ Secundum Vbertum de Bob. verſicul. cum breuiter mihi
char. v.
c Apoſtolis. ¶ Lucæ 10. in prin.
d Illud. ¶ Prouerb. 9. cap.
e Literis. 1. ¶ Ibi dixit exempla de verbis duplicib. & uide quod not. 22. q. 2.
nec artificioſo. ff. de pac. dotalib. l. cum pater. in gloſſ. 3. ff. ſ. §. iam nunc. in
princip.
f Vbertum. ¶ Vbi ſ. in prin.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

reo interloqui,ne reus eum poſtea valeat recuſare : quod dic, ut
9 ſupra in titulo de recuſat.§.ſit autem. † ¶ Item ſtudeat deſtrue-
re exceptiones per iura, vel per replicationes. extr.de teſtibus.ex
tenore C. de contrahenda & committenda ſtipulat. optimam.
extr.de his quæ fi. a maio. part.capi. c. ex ore. Item caueat,ne ſi-
bi ſit contrarius in ſuis petitionibus,vel appellationibus: quod ſi
ſit,non audietur.extr.de appel.ſolicitudinem in fi.arg. lxxiii.diſt.
geſta.23.q.7.c.j.C.de mu.pe profeſsio tua. Aduocatus tamen rei
variis & contrariis poteſt vti exceptionibus. ff. de excep. nemo.
& ff.de inoffi teſta.l.papinianus.§. papinianus contra veterani.&
§.ſed nec impuberis. Tamen ſi aduocatus erat, proponendo con
traria præiudicat domino præſenti, & non contradicenti: quod
dic,ut infra in tit.de confeſſ.§. poſtremo in prin. Item cautus ſit
multipliciter circa libelli conceptionem:quod dic,ut infra de li-
a bel.conceptio. §. fin. ¶ Ceterum [a] ſi † cauſa ſit criminalis, caute
10 procedat: quia circa maiora maius periculum vertitur: vt 42. di
ſtinction.quieſcamus. & ideo in his cautius eſt agendum. 7. q. 2.
capitu. fi.& magis conſulendum.ff. ad Car.l.1.§. 1. & diligentius
eſt tunc res examinanda.C.de appel.addictos.& ad hoc C.de pro
ba.l.fi.C.ad l.Cor.de fal.vbi Debet igitur aduocatus actoris com
mendare perſonam ,in quam crimen dicitur eſſe commiſſum.
arg.ff.de re mil.omne.§ 1.ff.de pœ.aut facta.§. 1.quæ eſt de pœ.
diſt. 1.debet etiam notare vtilitatem perſonæ delinquentis , ff.de
iniur.ſi plures.ff.de ince.rui.nau.pedius §.1.ff.de pęnis. quædam.
Item etiam magnitudinem exceſſus: nam atrox iniuria vulneris
æſtimatur.Inſtit.de iniur.§.atrox ex magnitudine.ff. eodem.præ
tor.§.fina.& qualiter eſt res mali exempli. Et ad hoc ff. ad l. Cor-
ne.de ſic.l.4.§.1.ff.de pœnis. ſi quid. §.abortionis. C.de preci. Im
pe.offeren.l.1.ad finem Dicat etiam qualiter magna ſuadeat ra-
tio,vt pęnę præſtentur.ff.de fideiuſ.ſi a reo.§.pen ff.depoſi.bona
fides.C.ad l.Iuliā repe.l.j.Et qualiter poteſtates dēnt eſſe ſpeculū
ſucceſſoribus C.de priua.carce l 1.C.ad l.Iuliā de vi pu.l.fi.de pœ
nis.l.ſi poſtea:& qualiter facilitas veniæ.&c. vt extr. de vi. & ho.
11 cler.vt clericorum.& 23.q.4.eſt iniuſta.in fine.† Et qualiter inno
centes tradit exitio , qui liberauit exitia cogitantem , vt ibidem.
& in authentica , de man.princip. §. quod ſi delinquentes. C. de
commer.& merc.l.2.& qualiter, cum impius interficitur, &c.xv.
q.1.nec is,qui.Et qualiter per hoc multorum ſalus , &c.C. de fer.
prouinciarum.in fine Et qualiter domini pereunt, &c. xlv. diſt.
ſed illud ext.de iud cum non ab homine.ibi , non poſſint eſſe per
ditioni,&c.Et qualiter non eſt crudelis,ſed miniſter legis, qui ma
los percutit:vt 23.q.v.non eſt crudelis.& c.ſeq.& in pluribus aliis
capitulis ibidem.

ADDITIO.

a Cæterum. ¶ Iſte ver.ad literam fuit Alb. Gal. de acc. ver. ſed qualiter. &
hoc vſque ibi,qualiter cum impius,& vide quod dicam j.§.prox.in fi.

*SVMMARIVM.*

¶ De cautelis & officio aduocati rei.

1 *Fauorabiliores ſunt rei,quam actores contra reum.*
*Tutius eſt condemnandum abſoluere, quam abſoluendum condemnare.*
2 *Rei aduocati officium quod ſit.*
3 *Aduocatus rei non debet ſine iudicis licentia a iudicio recedere.*
4 *Homo ſemel malitiæ deditus,cuncta mala conatur adinuenire.*
*Aduocatus rei debet fideliter iuribus,non fraudibus ,ſe tueri.*
5 *Rei quilibet aduocatus,in quibus ſpecialiter cautus eſſe debeat.*

1 8.§.Sequitur videre de aduocato rei. Et quidem ille ſe-
cure clientulum defendat. Nam † fauora-
biliores ſunt rei,quam actores ff.de reg.iur. fauorabiliores. Et tu-
tius eſt condemnandum abſoluere, quam abſoluendum con-
demnare. ff. de pę.abſentem. in prin. extra, de proba. ex literis.in
fin.& de fide inſtru.ca.inter dilectos.in fin. ff. de actioni & obli-
ga. Arrianus.26.q.vl.allegant. 23.q.4.quam magnum. & capitul.
qui ſecundum. & capitu. ſeq. non dico hoc, vt aliquem contra
conſcientiam iuuet:ſed cum quilibet præſumatur eſſe bonus, vt
extr.de ſcruti.in ordi.facien. capitu. unico. Nec præſumatur eſſe
immemor ſuę ſalutis: vt 1. q. 7. ſancimus. ſecurè laboret, ꝙ reus
abſoluatur:donec contra eum fuerit probatum. ff. de probatio.
ei qui.C.eo.actor quę eſt vi.q.vlt.C de eden. qui accuſare. 2.q.8.
ſciant.quia non ſtatim qui accuſatur,reus eſt,ſed qui conuincitur.
xv.q.vltima. capitu. fin.in fine.& C.de accuſa.l.fi. in prin. & ſæpe
2 falſo crimina imponuntur.2.q.1.capitu. multi. in fin. † ¶ In pri-
mis ergo ſciendum eſt, quod officium eius eſt , cauſam extenua-
re,& fugere & differre. 4. q. 4. nullus vnquam. In auth.de litig.§.
omnem.collat.8.Vnde & reus fugitiuus eſt: & ſic in lege voca-
tur.C.de iudiciis l.properandum §.& ſi quidem. Sic tamen fugi
at,ne contra eum ex nimia fuga iudex præſumat:vt ix. q. 3.decer
nimus.in fin.ff.de euict.ſi ideo.Nam qui iudicium refugit,appa-
ret eum de iuſticia diffiſum.xi.q 1.Chriſtianus. in fi extr. de præ-
a ſum.nullus.¶ Item,ſecundum Vbert.[a] die termini non compa-
reat mane, ſed ſinat aduerſarium primo venire, & tandiu expe-
ctare donec tædio affectus recedat, & tunc ueniat vel ſaltem ul-
tima hora diei,iudice pro tribunali ſedente:quia tota dies cedit:
niſi dictum fuerit,vt certa hora diei compareat.vel aliquid agat.
Inſti.de verbo.obliga.§. in diem. verſicu.ac nec eo.Sed & ſi vide
rit aduerſarium abſentem , poteſt tempeſtiue venire , & eum
iudici accuſare,& priuſquam veniret,redire. Cum autem actore
recedente vel ultima parte diei venerit ,præmiſſa qualicunque
mora de excuſatione:oſtendet,quaſi importune, ſe voluntarium
& paratum in cauſa procedere, & de dilatione dolere: vt ſic iudi
cem placet,non prouocet , & inter hæc ſuam ſcribi faciat com-
paritionem:& niſi iudex dixerit ei,quod expectet, poteſt recede
b re , ſecundum eum [b]. † ¶ Ego tamen dico , quod non debet ſine
3 iudicis licentia recedere: alioquin contumax eſt. ext. de iudi ca-
pit. 1.xi q.3.certum.C.li. 10.de decur.ſi quis decurio. Licet enim
apparuerit , non tamen proceſsit:cum tamen ad hæc duo tenea-
tur.argumen.extra,de dolo & contu.capit.cum dilecti. Demum
præſente actore , vel recedente, petat a iudice ab inſtantia iudi-
cij ſe abſolui: quod ſi obtineat , cum recedat,faciat licentiam &
abſolutionem ſcribi. Si uero actor inſtet , ſedeat aduocatus rei,
& taceat:& ſe dormire fingat;ſicut ſagaces ſæpe faciunt aduoca-
ti:cum iudex, ei dixerit , Reſponde obiectis :tunc lente & pigre
ſurgat,quaſi ex citatus a ſomno,& ſupplicet iudici pro audientia
benigna:vt ſ.in §.nunc de exordiis.in prin.deinde iudicem com
mendet:& quantum poterit blandiatur eidem:vt ſ.eod. titu. §.
hic dicendum.ver.cum autem.ad fi. præmiſſa tamē prius proteſta
tione,& ea iuſſa ſcribi,quod quicquid dicet , vel faciet , ſalua ta-
men ſit ei omnis exceptio tam dilatoria , quam peremptoria; vt
extr.de dilatio.c.fi.nec per ea,quæ dicit,vel proponit, conſentit
in eum tanquam in iudicem , nec actorem ,tanquam legitimum
admittit:de qua proteſtatione habetur C de lit.conteſta. l. unica.
ff.quibus mod. pignus vel hypo ſolu ſi debitor.& l fin.ff. ſi quis
c cau.l.2. in prin.[c] ¶ Verum præmiſſa doctrina non illuminat cæ-
cos:nec animæ ſalutem informat: imo ſicut ſcriptū eſt in Pſalm.
36.Qui malignantur:exterminabuntur. Vnde conſulo, ut compa
reat fideliter in termino : & ſe iuribus , non fraudibus, tueatur.
4 † Quid enim eſt, quod homo ſemel malitiæ deditus,non adinue
ueniat;vt in authenti colla. vi.vt hi qui obli. ſe perhi. ha. res mi-
no.prope prin.Nam omnis ætas prona eſt ad malum. 12.q.1.om-
nis ætas.ideoque potius eſt ad bonum quam ad cōtrarium infor-
manda.Item recepto libello,ſi ei offeratur,duas habet vias:vt no
5 tat.j. de libel. concep §.ſequitur.ver.hoc etiam not † ¶ Item ſit
cautus , vt a conſpectu iudicis ſine aduocato actoris non diſce-
dat:ne ille aliquid in eius abſentia proponat, quod iudicem mo-
uere poſsit. Item iudicem ſæpe moneat , ne aliqua recipiat , quæ
non ſint in actis vel quæ non fuerint communiter lecta. quæ dic
vt j. de diſputa.§.porro.verſic. & no. Item ſit cautus , ne ſubito,
ſed deliberatione præmiſſa reſpondeat,vt ſ.eod.§.nunc de exor.
in prin.Item ſit cautus, vt cum petitionem viderit inepte for-
matam, vel alium defectū in aliqua parte iudicii , propter quem
debeat proceſſus annullari, taceat , & in finali calculo hoc reſer-
uet, Vel dic , vt j. de libel.conce.§.ad huius. verſic. cautus etiam
ſis. Item ſit cautus ,ne partem inſtruat in reſponſionibus facti: vt
j.§.proxi.ver.Item ſit cautus ne clanculo. Quæ autem his deſunt,
d vide j.de compari.in termini.[d]

ADDITIONES.

a Sequitur. ¶ Secundum Vber. ultra medium ver. de officio. charta mi
hi 13.
b Secundum eum. ¶ Vber.ſcilicet,vbi ſ.
c In prin. ¶ Huc uſque quaſi ad literam Vber,
d In termin. ¶ Inhoneſte ſe habuit auctor,qui ſ.§. prox.in fin. ſpecialiler in-
ſtruxit aduocatum actoris in criminalibus cauſis. & aduocatum rei ua-
cuum dimiſit ſed imputemus Alber. Cal. qui non plus dixit. vbi ſ. In illis
ergo ſupplendo dicet aduocatus rei ſic, domine iudex ,pondero certas re-
gulas,que in criminalibus ab utroque iure ſumuntur . Quarum prima ta-
lis eſt, ꝙ diligentior fiat examinatio, vbi de ſalute vel de pernicie hoīs agit.
C.de ap.l.addictos ſupplicio. Et merito:quia vbi maius periculum , ibi cau
tius incedendum.de ele. vbi periculum. in prin.lib.vi.ff. ad Carb.l. 1. §.ſed
& ſi quis. Conſtat autem maius fore periculum in parua criminali quam in
magna ciuili.ff.de pęn.in ſeruorum facit 23.q. v. capitu.1. ¶ Secunda quā
dat lex,C.de pœnis.qui ſententiam,quæ præcepit , in ſententiis criminaliū
hoc temperamentum teneri,vt non prius capitalis ſeueraque ſe
ratur in quēquā,niſi prius ſua confeſsione, vel certa depoſition

conuictus,& ſic in ſubiecto flagitio deprehenſus, vt ipſe etiam vix ea, quę cõmiſit, negare ſufficiat. Facit 17. quæſtio.4. vxor felicis. & ut patet ex l. reſpiciendum. ff. eod. titu. non eſt in his ſeueritatis gloria exquirenda: imo debet iudex temperamentum benignitatis legum ſeueritati miſcere. Cui conuenit 45. diſtin. diſciplina.& c. ſunt nanque. & capit. ſequen. ¶ Tertia eſt, quòd ex præſumptionibus quis criminaliter damnari non debet. extr. de præſumpt. literas. ff. de pœnis. abſentem. unde licet Salomon 2. Reg. 3. capitu. filium reſtitui iuſſerit ſuæ matri ex præſumptione uiolenta: non tamen ſubripientem de plagio damnauit. habetur hoc de præſumpt. afferte. Facit quod poſt Innocen. & Hoſtienſ. ſcripſi eod. tit. quia uerisſimile. ¶ Quarta eſt, quòd damnandum oportet prius diſertisſimis probationibus & luce clarioribus eſſe conuictum. C. de proba. l. fin. canonizata. 2. quæſtio. 8. ſciant cuncti. Ad idem 5. quęſtio. 6. Epiphanium. & Hier. in expoſitione Symboli dicit, quòd magna, ut credantur, idoneis & indubitatis teſtibus indigent. ¶ Quinta eſt, maleficium non probari, niſi per teſtes, qui interfuerunt, & uiderunt, & dicant ſub ſuis obtuitibus maleficium fore commiſſum. 3. quęſtio. 9. teſtes. ff. de q̃ſtionib. l. unius facinoris. §. teſtes. C. de ero. mil. ann. l. pe. §. hic uero adiiciendo, lib. 12. & in aut. de teſta. §. ſancimus. col. 6. ¶ Sexta quòd teſtes ſint integrę opinionis & famę. Si enim hoc in ciuili requiritur. C. de teſti. l. teſtium facilitatem. ff. eod. titu. quęſitum in fi. & in tantum hoc requiritur, quod ſola infamia facti ipſum repellit. ff. de ſena. l. Caſſius. ubi de hoc. fortius igit̃ hoc in criminali. ext. de teſti. teſtium. C. lib. 12. de agen. in reb. l. ex eo. ¶ Adde q̃ ſupra dicta ſunt verba Oldradi, furto ſic tranſumpta ex eius conſi. 192. incipi. viſo diligen.

### SVMMARIVM.

1 *Aduocati utriuſque partis in quibus debeant eſſe cauti.*
2 *Nouus aduocatus ſciat ſe potius iuuare debere partem, rei, quam actoris.*
3 *Rei certare videntur de damno vitando, non de lucro captando.*
4 *Diligentia mater eſt omnium artium, negligentia vero nouerca eſt eruditionis.*
5 *Falſitas eſt immutatio veritatis.*
6 *Aduocatus an poſſit inſtruere clientulum in reſponſionibus facti.*
7 *Peſtis nulla peior ad nocendum, quam familiaris inimicus.*
8 *Aduocatus cautus eſſe debet, ut ſcripturam in iudicio productam ore ſuo non legat.*
9 *Quæcunque fiunt uel dicuntur in iudicio ab aduocato, debent à iure uel ratione fundamentum ſumere.*
10 *Falſam legem pro uera, uel abrogatam allegans in iudicio, & iudex, qui eam recipit, falſi crimen incurrit.*
11 *Infideli totus mundus nihil eſt.*
*Turpes lites turpiores habent aduocatos.*
12 *Infidelis & falſarius in iudicio in hoc à mutis animalibus differunt, q̃ iſta manſueſcunt alentibus: illorum rabies ipſos, à quibus eſt nutrita, depaſcitur.*
13 *Aduocatus legens falſum inſtrumentum, uel falſum teſtem, ſi ſcienter facit, debet ut falſarius puniri: & qualiter conſtare poßit de ſcientia, uel ignorantia.*
14 *Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.*
15 *Conſuetum eſt alias aduocatos iurare debere, ne cauſam contra conſcientiam, uel deſperatam reciperent.*
16 *Proponere debet aduocatus in iudicio ſub conditione, ſeu in modum exceptionis.*
17 *Cauſa perdita per imperitiam aduocati, an aduocatus teneatur, ſicut & iudex.*
18 *Aduocatus dolo faciens, ut clientulus perdat cauſam, nil certius quod teneatur.*
19 *Actio de dolo quare non datur contra adultum, qui dolo fecit, quòd cauſa ſit perdita.*
20 *Aduocatus cauſam prorogans ex induſtria, qua pœna puniatur.*
21 *Ligantur homines per uerba, ſicut boues per cornua.*

¶ De cautelis & officio aduocati vtriuſque.

* 1 9. §. Vtriuſque * partis aduocatum eſſe oportet. † Et primo ſi ſint plures ex parte vna, ſimul ſuper quolibet deliberẽt dubio: vt aduerſarij magis timeãt, & ne quid inconſiderate depromant: vt 5. quæſtio. 5. capitu fin. quæ dic vt ſupra eod. §. iam nunc. verſicu. porro. Item ſit cautus, vt quærat à clientulo qualem cauſam foueat: & quòd faciat ſibi dari facti exemplum. Item quęrat ſolicite de probationibus: quo facto, clientulo conſulat, ſicut debet. Item clientulo victoriam non repromittat. Itẽ ſi res exigit, aliũ ſibi aſſociet aduocatũ. Item cauſæ ſecreta non pandat, & alia, quæ dic vt ſupra eod. § nunc tractemus. Item iudicem commendet, & ſibi ſtudeat placere, non eum prouocare, nec prouocato etiam reſpondeat: quæ & alia dic vt ſupra eodem. § hic dicendum. Item cautus ſit ne aduocatum, contra quem patrocinatur, conuictus irritet, ſed nec eum multum commendet: ſed diligenter eius ſingula dicta notet. quæ & alia dic vt ſupra, eodem. §. iam nunc. Item cautus ſit, vt ſemper conſulat in cauſa peritiores, quod dic ut ſupra eodem. §. nunc tra-
2 ctemus. & infra de libell. concept. §. ad huius. in princip. † ¶ Sit etiam cautus, maxime aduocatus nouus, vt potius iuuet partem rei, quam actoris. Nam iura fauent reo: & citius, poterit obtinere: & poterit etiam vti pluribus defenſionibus ad defendendum ſe & cauſam ſuam. ff. de regu. iur. fauorabiliores. & l. nemo ex his. Inſtit. de interdic. §. retinendæ. 3. quæſtio. 9 iudicas ff. de actioni. & obli. Arrianus, extra, de proba. ex literis. & ſupra §. proxi. in princ. Et leuius eſt fugere, quam impetere. Nam talibus fugitiuis iura ſubueniunt. extr. de exceptio. cum inter. & capitu dilecti. capitulo
3 fina. † Et rei videntur certare de damno vitando, non de lucro captando. Vnde eis iuris ignorantia lapſis ſubuenitur. C. de iur. & fac. ignoran. quamuis. Præterea periculoſum eſt nouo aduocato eſſe pro actore, propter libellos formandos, & alia multa, quæ
a occurrunt: quæ de facili comprehendere nequit. [a] Item cautus ſit antiquus aduocatus, ut nouum timeat: qui leges & iura in promptu habet, tanquam nouiter ex ſtudij fornace eductus. argumentum. de conſecratione. diſtinction. ſecunda. liquido. & qui tanquam inanis glorię cupidus feruet nimia diligentia in vincendo: ex quo fit, vt ſæpe obtineat contra antiquos, qui vt pluri-
4 mum ſunt deſides & remiſſi. † Diligentia etenim eſt mater omnium artium in ſuo opere: negligentia vero nouerca eſt eruditionis: vt 83. diſtin. nihil. ſed & nouus deferat antiquo, ſaltem propter ætatem. ff. de iure immu. ſemper. & 2. quæſtio 6. anteriorum. verſicul. illud etiam. Item, ſit cautus, ne clanculo loquatur teſtibus: in quo de facili peccat: ſi enim teſtis minus dixit, aduocatus factum ignorans ſupplet: & ſic inſtruit. Vnde ſi à te quæritur, an ſibi loquutus fuerit aduocatus, dices quòd ſic: ita in infamiam vulgi veniet: quia eum ſubornaſſe credetur. Hinc eſt, quòd nobiles & maiores nomina ſua in contractibus inſeri non patiuntur: ſed aliorum nomina inſcribi faciunt. ff. de auctorita. tuto. pupillus § penul. C. de contrahen. & commit ſtipula. optimam. extra, de his, quæ fin. à præla. ſine con. ca. capitu. quanto. in fin. nec enim decet virum bonum cauſam ſuam falſitatibus adiuuare.
5 † Nam falſitas eſt, immutatio veritatis: ut in auth colla 6. de inſtru. caute. & fide. in princip. & penitus aliena eſt à veritate. extr. de celeb. miſ. in quadam. §. cæterum. Quærere autem à teſtibus, non tamen inſtruendo eos, quid de cauſa ſciant, vt clientulo certum poſſit præbere conſilium, aduocato non interdico: vt ſupra eod. §. nunc tractemus. verſicul. facto autem. & vide infra verſic.
6 item caueat ne falſam. † ¶ Sed nunquid clientulum poteſt in reſponſionibus facti inſtruere? Videtur quod ſic: nam & tutor & curator inſtruet minorem, qualiter reſpondeat: vt C. de aucto. præſt. clarum. ergo pari ratione aduocatus, qui eſt quaſi tutor clientuli. Sed dic, quod diſſimiles ſunt: quia aduocato non eſt officium ſuum damnoſum: ſed tutori ſic, ſi aliquod damnum pupillo contingat. Debet ergo principalis per ſe factum proponere, niſi ſit omnimode ſimplex: vt ext. de iudi. paſtoralis. & ad factum per ſe reſpondere, ſine aduocati inſtructione. Aduocati tamen ſæpe faciunt illum cuncta negare, & ſic deierare: quamuis illud non ſemper expediat: vt ff. de tribu. l. illud § penult nec fieri debet. C. de indi. vidu. l. 2 ext. quod met. cau. cum dilectus. Et ſcias, quod contra inſtruentem aduocationem, vel teſtimonium, proditum eſt ſena. conſul. Libonianum, de quo mentio fit ff. ad l. Corne. de fal. in rubri. Eſt etiam de ſena. conſul. Libo. & infra in tractatu libellorum de fide inſtrumen. ad fin. Et ſufficit dari pignora, uel fideiuſſores, uel iuramentum præſtari ſuper ipſa corruptione. de quo dicut in lib. Rof. in titu. de ſenatuſconſul. Libo. & infra, in titu. de poſitionibus. §. 3. iuxta fin. Habet autem locum prædictum ſenatuſcon. in inſtructione facti, non iuris. Nam ſæpe inſtruimus aduocatos in iure: puta reſpondeas ſic ad talem legem. licet aliter ſe habeat iuris veritas. Nec in ſenatuſconſultum incidimus. Vbi autem aduocatus inſtruit in facto, cum ſe habeat aliter ueritas rei: tũc habet locum. Falſitatem enim committit, quæ & eſt immutatio veritatis: ut dixi. & infra uerſicul. item caueat. Poteſt autem docere clientulum quatuor modis reſpondere: ut infra de poſition. §. nono. verſic. item nota. ¶ Item ſtudeat aduocatus ſcire probationes, & iura, & ſecreta cauſæ partis aduerſæ, ut illas poſſit efficacius impugnare, & ſe ſe-
7 curius defenſare † ¶ Quia nulla peior peſtis ad nocendum, quam familiaris inimicus: vt 93. diſtin. ſi inimicus. C. de dona. data. de cõſec. diſtin. 3. quomodo exaudit, verſicu. ſi autem quo caſu arbiter cogitur

### ADDITIONES.

* Vtriuſque. ¶ Sic permiſtim poſuit Aegid. rubricam de cautelis aduocatorum.

a Nequit. ¶ Hæc ergo duo conſilia dabat fortisſima Vbert. nouo aduocato & tyroni de præeligenda parte rei: quod ſi eſſet pro actore, in libello formando haberet conſilium antiquioris omnino. Suadebat tamen id fieri ſecretè: ut ex victoria reportaret honorem, & contrarium attribueret conſulenti. hoc uide poſt finitum tractatum de off. iud. uer. ſi tu es.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

8 cogitur pronunciare.ff.de arbi Labeo §.1. verſicu.finge. ¶Item
ſit cautus, vt ſcripturam in iudicio productam ſuo ore non le-
gat: quia ſi falſa ſit, ex hoc vt falſarius punietur.ff.ad leg.Corne.de
fal.falſi nominis ext.de cri.fal.ad falſariorum extra, de exce.præl.
inter dilectos.§. præterea.verſicu. quid ſi ad. & ſeq. Excuſaretur
tamen prætextu ignorantiæ.ff.eodem, impuberem.§. qui codicil
los extra, eodem, dura & in prædicta decret.ad falſariorum. Vi-
deat prius, ſi eſt ibi raſura in loco ſuſpecto, uel interlineatura, uel
abolitio, vel cancellatura, vel aliud huiuſmodi.C. de edicto diui
Adriani tol.l.fin extra, de capel.monacho cum venerabilis. de fi-
de inſtrumen. inter dilectos. vel an poſſit redargui de aliquo vi-
tio falſitatis. Quod dic vt extra.de crim.falſi.licet.capitulo, quàm
graui.& infra de inſtrumen.edition.§.poſtremo.& infra de reſcri.
præſen.§ 1.& ſeq. ¶Caueat etiam, ne fruſtratorias poſtulet dila-
tiones.3.quæſtio.7.infamis.§ tria.verſi ſi quis ex litigatorib. C.de
iud.properandum §.illo proculdubio. ¶Item caueat, ne pecunia,
vel prætio litem inſtructam defendat: alioquin pœna falſi tenebi-
tur.ff.eod.l.falſi pœna. Nec ob pecuniam falſam aduocatum in-
ſtruat: alioquin tenetur lege Cornelia.ff.eod.l.1. in princip. & ſu-
pra verſicu. ſed nunquid. ¶Item ſit cautus, vt non innitatur ſuæ
9 prudentiæ extr. de conſtitu.ne innitaris.& c.1. † ſed quæcunque
dicet, vel faciet in iudicio, ſumat fundamentum à iure, vel ratio-
ne.1.diſtinct.conſuetudo.& ex ſcripturis ſenſum capiat veritatis.
37.diſtin. relatum. ¶Item caueat, ne falſam legem vel canonem,
cuius auctor ignoratur: vel abrogatam alleget: alioquin falſi cri-
men incurrit, & deportari meretur: vt ff.ad leg.Corn.de fal.l.1.&
l.eos.& l.fin.& l.diuus.& C.de Iuſti.Cod confir §. hunc igitur.&
de ve iu enu §.has itaque leges.& extra, in procemio Decreta in
fin licet ſit argumen contra, extra, de iud.nouit.verſi.quicunque
10 lit.Sol.ibi, & 11.quæſtio.1.quicunque. † Qui enim falſam legem
pro uera, vel abrogatam allegat, & iudex eam recipit, falſi crimen
incurrit: vt in primis concordan. Caueat ergo ne à ueritate diſce-
dat, ne mentiatur, ne calumniose alleget, ne peruerſè interprete-
tur.C.de iudici.rem non nouam.§ patroni.C. manda. ab Anaſta-
ſio.C.de iur.calum.l.2. reſpon.1.in authen.conſtitu. quæ adſcrip.
& lib.na.in prin.colla.5.extr.de deci.ad audientiam. Vile enim ſa-
tis eſt propter ſalarij nummum, contemnere Deum: vt 12. quæ-
ſtio.1. duo. Quid namque prodeſt homini, ſi vniuerſum mũdum
lucretur, animæ vero detrimentum patiatur? ext. de ſimo. Mat-
thæus Hinc eſt quod dicit lex, quod ſi quis lucro pecuniaque ca-
piatur, veluti abiectus & degener inter viliſſimos numerabitur:
vt 3.quæſtio 7.capitu.infamis § apud vrbem. & C. de poſtulan.
11 quiſquis. & qui habet aures audiendi, audiat. † ¶ Scriptum eſt
enim. Infideli totus mundus nec obolus eſt: vt 14.quæſtio 4. quid
dicam, & qui dicit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam,
vt extr.de reſtitu.ſpol.literas.28.quæſtio.1.capitu.1.§ ex his.quia
omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt ext.de reſcrip. capitul.
fina.28.quæſtio.1.capitu.primo De talib. quidem dictum eſt per
a Prophetam: [a] Quorum os maledictione & amaritudine plenum
eſt. Et Seneca ait in libr.2.de Ira, qualiter oriatur, vltra ſecundam
col. turpes lites turpiores habent aduocatos.& infra Corona pro
mala cauſa, bona patroni voce corrupta.& infra, Inter iſtos, quos
togatos vides, nulla pax eſt: alter in alterius exitium leui compen
dio ducitur: nulli ex alterius damno quæſtus eſt: felicem oderunt,
infelicem contemnunt, maiores grauantur, minori graues ſunt:
diuerſis ſtimulantur cupiditatibus: omnia perdita ob leuem vo-
12 luptatem, prædamque cupiunt.& infra. † Hoc vno à mutis anima
libus differunt, quod iſta manſueſcunt alentibus: illorum rabies
ipſos, a quibus eſt nutrita depaſcitur. De his loquitur propheta
Eſaias capit.10. Vę qui condunt leges iniquas, & conſcribentes
iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, &
vim facerent cauſæ humilium populi noſtri: ut eſſent viduæ præ-
da eorum, & pupillos diriperent. Et iunge hic, quod notatur in-
fra de exceptionibus.§.viſo verſiculo, hac igitur. Quid ſi aduoca
tus legit falſum inſtrumentum: uel falſum teſtem? Reſpon. ſi facit
ſcienter, debet ut falſarius puniri, alias non.ut in primis concor-
dan.& extr de crimine falſi.ad falſariorum.& ſupra verſicu.item
13 ſit cautus, vt ſcripturam. † ¶. Sed qualiter conſtare poterit de
ſcientia vel ignorantia? Reſpond. ex qualitate perſonæ legentis.
Inſpicitur enim an ſit perſona honeſta & diues, & ſine ſuſpicione:
an vero ſit ſuſpecta & mops: & quæ talia facere conſueuerit, gra-
tia, odio, vel lucro.ff.de re mili non omnes.§. à barbaris. de teſti-
bus.l.3 in princip.C. ſi quis Impera. male. l. vnica. de rei vend. in
fundo.ff.de accuſa.ſi cui.ext.de pig.illo vos. in fin 46. diſtin. ſunt
nonnulli in fine. Item ſit cautus ne verbis prouocatus uelit con-
tinuo ſe vlciſci: ſed congruo expectato tempore rationis clypeo
ſe defendat. Petat ergo tempus ad deliberandum: ſicut quidam
ſapiens opprobrijs laceſſitus feciſſe dicitur.46 diſtinct. ſeditiona-
rios.45.diſtin.& qui emendat. ¶Item cautus ſit ne paſſim pro mo
dico ſalario aduocet. Nam ex hoc vilis & degener habetur: vt 3.
quæſtio 7.capitu.infames.§.apud vrbem. Nec expedit pro modi-
co ſalario alteram lædere partem non enim fieri poteſt, quin læ-
datur, qui vincitur: quoniam interceſſionis beneficio ſe victum ar
bitratur, vt 14.quæſtio.5.denique. ¶Item ſit cautus, ne plures cau
14 ſas ſimul recipiat. † Quia pluribus intentus, minor eſt ad ſingula
ſenſus extr.de cler.coniug.diuerſis. Item ſit cautus, vt priuſquam
à iudicio recedat, quæcunque acta fuerint, videat per manum no
tarii curiæ ſcripta. Nam ſi ſcriptum ſit aliter, quam actum fuerit,
& in alio termino cõtradixerit, ſtabitur ſcripturæ tabellionis. ext.
de probatio.quoniam contra C.de re iud.geſta.C. de dona.in do
nationibus. Sæpe enim ex breui facti mutatione ius mutatur: vt ſu
pra.§ nunc tractemus. prope princip. ¶Item ſi iudicium declina-
re intendit, omnia quæ dicet, & petet, faciat cum proteſtatione,
ſcilicet ſaluis exceptionibus, & defenſionib. ſuis extr.de dilat. ca-
pitu.fin. ¶Item ſit cautus, vt procuratoria & reſcripta omnia, per
quæ datur, ſeu fundatur iuriſdictio, & breuiter omnia acta faciat
iudicis auctoritate tranſſumi, cui tranſſumpto ſtabitur.C. de teſta
ment. publicati. extr. de confirma. vti. vel inuti. capitul. penul.
Alioquin ſi perderet, in poſterum ſententię nõ ſtaretur, ſi erat de-
15 legatus, quæ dic ut not.extra, de offic. deleg. cum in iure. † Item
etiam caueat, ne cauſam contra conſcientiam recipiat: ſed
quam cito eam deſperatam ſenſerit, deſerat, quod etiam olim iu-
rare tenebatur: ſed hoc conſuetudine non habetur. C. de iudic.
rem non nouam.§ patroni.& argum.ff. de except.doli.l.j §. item
quæritur ſi quis. in fin. & hodie etiam iurare tenetur. vt in con-
b ſtitu.Greg.X.de poſtu. properandum. [b] & alibi ſic iuret. Tutori
enim imputatur, & pupillo ad intereſſe tenetur, ſi cauſam pupil-
li deſperatam ducat. C. de adminiſtratione tutorum. ſi bonam
& l.non eſt ignotum.ff.de adminiſtra.tuto.quoties.§. ſicut Igno-
ſcendum tamen eſt illi, qui bonam fidem agnouit: vt ibi, & ff.mã-
dati. Quintus. Item ſit cautus, ne facile aliquid confiteatur alle-
gando, ſed proteſtetur: vt ſupra eod.§ iam nunc verſicul.ex præ-
miſſis. Eius namque confeſſio, ſicut & partis, nocet, niſi fuerit
16 reuocata: vt infra in titu.de confeſ.§ fin prope princip. † Semper
ergo ſub conditione, ſeu in modum exceptionis proponat, di-
cens: non eſt ita: & ſi eſſet, obſtat tibi hoc. vt extr. de exceptio.
cum venerabilis. Sic enim reſpondendo, ſeu excipiendo, non vi-
detur aduerſarij intentionem ſimpliciter confiteri: vt ibi, & ff. de
except.non vtique.ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſolu. ſi debitor. infra,
de excep.§. viſo. verſicu.cum igitur.& ſequen. ¶Item ſit cautus,
vt nihil dicat: ſeu faciat, quod poſſit iudicem prouocare. Vnde
non ſit promptus ad eum, vel recuſandum, vel ſuum iudicem de-
clinandum: ſed ſtudeat ei placere, & ſæpe ſibi loquatur ad aurem:
quæ: dic, vt ſupra.§. hinc dicendum. verſicu. caueat etiam.& ſe-
quen. ¶Item ſit cautus, ne litem ex induſtria protrahat: alioquin
punietur in duabus libris auri. quod dic, ut infra tit. de exception.
17 §.uiſo.prope finem verſicu.hanc igitur. † ¶Quid ſi per impruden
tiam aduocati quis cauſam perdat: nunquid tenetur aduocatus
ſicut & iudex: ut infra de requiſitio.conſi.prope princip. Poteſt di-
ci, quod imputet ſibi qui talem elegit infra de ſalar §.ſequitur.ver
c ſicul. quid ſi reus fuit, &c. Vel dic, ſecundum dominum meum, [c]
quod aduocatus tenetur, ſiue per negligentiam, ſiue per im-
prudentiam cauſam perdat. argument. ff. ad leg. Aquil. idem
iuris. ff lo. & con. cum in plures.§. locator. ff. de offic. præſi.
illicitas.§. ſicut. extr. de ætate & quali. ad aures. ff. de pœnis. ſi
quis aliquid.§. quis iuſtum. ff. ad leg. Corn. de fal. l. 1.§ is, qui.
Et breuiter, ſecundum eum, tenetur, qualicunque eius vi-
tio cauſa perdatur. argumen. ff. de euic. ſi ideo. C. eod. l. em-
ptor. extr. de emptione & vendi. capitul. fina. & ff. de tabu. ex-
hibend. l. locum.§. condemnatio. Secus, ſi ex qualitate cau-
ſæ, vel ob defectum probationum: quia tunc vitium eſt ma-
teriæ, non artificis: vt ſupra § nunc de exordijs. verſicu. poſt
18 hoc autem. † Illud autem certo certius eſt, quod cum aduo-
catus dolo malo fecit, vt clientulus perdat cauſam, bene te-
netur. ff. de euicti. filius. argumen. extr. de iniu. capitulo fina.
50 diſt.ſæpe. Et hoc probato, cauſa reſtituetur, vt de ea iterum co
gnoſcatur. C.de aduo.diuerſo.iud.l.1.ff. de minoribus.minor ma
giſtratus.§.1.quod uerum eſt: cum ad hoc actum eſt contra victo
rem, ut cauſa de nouo agitetur, & probata eſt aduocati præuarica
tio. Secus ſi actum fuiſſet contra aduocatũ, vt puniatur. q̃a tũc nõ
obeſſet uictori, ut cauſa reſtitueretur, & de nouo ageretur, quia
res inter alios acta, &c. vt ext.de fide inſtru. inter dilectos. verſus
ſi.& C.quibus res iud.nõ nocet l.2.& ext.de re iudicata quamuis.
Alij tamen dicunt, quod in hoc crimine, & in alijs publicis res in-
ter alios

## ADDITIONES.

a Prophetam. ¶ Pſal.9.
b Properandum. ¶ Reuocata quia non eſt in 6.& vide s̃.§.1. uer. i[...]
habet.cum ſua remiſ.
c Meum. ¶ In ſumma, eo.tit.de poſtu.§.ulti.uer.tenetur etiam.

ter alios acta alijs præiudicat.ff de iureiu.eum,qui.§ in populari bus ff.de accuſ.ſi cui.§.j.& arg ff de prçuarica.l.3.reſponſo.j.Sed quare hoc caſu retractatur iudicium,quia hoc non eſt in procuratione:vt ff.de iudiciis.ſi prætor § 3.ff.de dolo.l.& eleganter.§. ſi dolo.Reſpon.quia contra procuratorem agitur mandatir: vt
19 C.de manda.l.cum procuratore. ſed non contra aduocatum. †¶Itē quare non datur actio de dolo ꝯ aduocatū,vt non retractetur iudicium?Reſpon.quia aduerſarij deprehendit calliditas, quæ ſola ſufficeret.ff.de iudiciis.Marcellus Sed hæc ratio non placet. Nam ita bene eſt agendum contra aduocatum actione in factum,ſicut contra iudicem, qui male iudicauit:vt in prædic. tit. de requiſit. conſil. Eſt ergo ratio illa: quia procurator per litis conteſta.fit dominus litis: vt C.de procurator.neque.quare non reſcinditur iudicium.Secus in aduocato:quare reſcindit. Sed videtur etiam,quo ad aduocatum non reſcindi:vt ff de mi.minor.
20 §.j.Sol.ibi.†¶Porro cum aduocatus ex induſtria cauſam prorogat,punitur in duabus libris auri, vt dixi: & nihilominus clientulus eius ex hac dilatione læſus,poteſt agere contra eum. argu.C. de iudic. properandum. §. illo proculdubio. Sed quid ſi ex induſtria aduocati alterius partis ſit læſus: nunquid poteſt agere contra eum?Reſpon.ſic,actione de dolo:vt ff.de dolo.arbitrio.§ pe. & l.ſi dolo.& ſi ille non fuerit ſoluendo,clientulus ille reſtituere tur contra partem aduerſam:ne ex dolo eius aliquid lucretur. ff. de eo,per quem fac.eſt.l.fina.in princip.ſecundum Vber.Cautus etiam ſit,vt vltimo proponat,ſi poteſt,& ſub compendio reepiloget rationes efficaciores,& magis cogētia iura:vt iudex ea melius memoriæ commendet:vt ſ.§.iam nunc.verſi.pen.ĵ. de diſputat.& alleg.§.poſt hoc.in fi. Item ſit cautus,ut ſi videatur allegationibus ſuperari imprudenter,eludat aduerſarium: vt ſ. §. iā nunc. ver.verum.¶Item cautus ſit,vt ſi putat ſententiam contra ſe ferri debere,non adſit eo tempore quo feretur.quod dicut ĵ de ꝓlat.ſenten in fin.Item debet legere literas commiſſionis, & libellos,& facere poſitiones:ut capiat aduerſarium in aliqua poſitione,& ſic obtineat.C.de confeſſis.l unica.ſicut Iudæi uolebant Ie-
21 ſum capere in ſermone.† Nam homines per uerba, & boues per cornua ligantur:ut no.Inſti de oblig.in princip. Ex præmiſſis igit̄ collige,quod Iuriſperitus debet eſſe in conſilio cautus,in patrocinio fidelis,in iudicio iuſtus:quoniam de talēto ſibi credito tenetur reddere rationem:vt in conſtitut.Gregor.X.de poſtu.prope
a randum [a].Quæ autem hic deſunt,uide ĵ.in tit.de diſput. & alleg. aduoc.Item qualiter aduocati ſe coram conſiliariis habebūt, uide ĵ.in tit.de conſ.requiſitione.

ADDITIO.

a Properandum. ¶ Fuerunt hæc verba in procemio primæ compilationis.

¶Bald. De Aduocato.

Videat omnis aduocatus,& hic audiat.G.cum.aduocato.li.iudex non debet habere conſilium,no.in l.proxime.ff.de his quæ in teſt. delen.Bal. ¶ Si quis aduocatus eſt generalis duarum eccleſiarum,& inuicem litigant,tenetur iuuare ius habentem:ſi hoc ſibi non liquet,tenetur iuuare illam, cui primo promiſit operas.l.in operis.ff locati.uer.quid ſi aduocatus habet in §.1. G.¶ An qui iurauit aliquem iuuare, debet expectare requiſitionem ? Vide ff.de ma.conue.l.1.§.magiſtratus. uerſ.nunquid is,qui iurauit.per G.dic,qđ non.G.¶ An ſalarium aduocati tranſeat ad hæredes eius ver.ſed pone abbas.G.non niſi ſit facta mentio hæredis.G.¶ Laudes faciendas ad quē doctorandum & commendandum uide in §.hic dicendum.verſi.commendet. igitur.¶ Qui comparet in termino,& ante receſſum iudicis recedit illicentiatus. contumax eſt ratio,quia uidetur citatus ad duo:videlicet ad comparendum,& ad procedendum:ſed iſte non proceſsit:ergo, & c. in §. ſequitur verſi.item.ſecundum Vber.vide infra.in tit.de appellat.ante fi.§.ille qui cōparuit.& Innocen.de offic.delega.c.conſuluit.¶ Aduocatus poteſt inſtruere clientulum ſuum,& teſtem in iure,non in facto.§.vtriuſque.verſicu.nunquid clientulus.G.in facto: vt verum dicat, vt no.Rofr.in titul.de ſenatuſconſul.Libo.Bald.Vide multa pulchra in hoc titu.& vide ſupra de actore. §.an omnis aduocatus dicatur habere caſtrenſe peculium.¶Quod aduocatus non reſpondet poſitionibus,imo arcetur à conſpectu,vide infra.de poſi. §.aduocatus.& de confeſsio.aduocati,vide infra de confeſſ.§.confeſſ. aduocati.¶ Quod aduocatus debeat omnes atteſtationes rimari,infra, de probationibus.§. aduocatus.¶ De modo aduocandi vide per totum titulum de diſpu.& alleg.vide ſupra,de iudic.deleg.§.ſuper cauſa.uerſic.quid econtra.An quis poſsit eſſe aduocatus in cauſa,in qua fui iudex,vide infra,de petition.ſenten.per totum.& de interrog.quæ fiunt in iudicio.§.fi. verſi.fin. & ſ.de aſſeſſ.§.fi.ver.fi.

a ¶De teſte [a]. Rubrica.

b NVNC de Teſtib. [b] aliqua ad inſtructionem utilem legentium ſupponamus,dicentes: Quæ poſſunt cōtra teſtes opponi.Quando, & qualiter ſunt producendi ſeu.recipiendi. De iuramento ipſorum. De articulis. De interrogatoriis.De teſtium examinatione. De atteſtationum publicatione.De rubricis.De teſtium reprobatione. De numero teſtium Quibus teſtibus magis fides adhibeatur De ipſorum conpulſione.Et de renunciatione productionis teſtium.

ADDITIONES.

a Materiam tractant omnes Summiſtæ,ſed per diuerſa membra.Ex practicis Pileus in quarta parte ponit rub.de teſti.& quatuor poſt illam ſcilicet de ipſorum productione,de iuramento,de fide,de reſcrip.in inſtrumento.¶ Bagar.tractat de his plene charta ſecunda.ver.quid ſi teſtis miſtim.uſque ad finem.¶ Tancred.parte tertia fecit de materia vndecim rubricas.Rofr.nil niſi in quantum tractat de Liboniano. ¶ Vbert.de Bobi.mihi charta quarta. de §.ſi pars aduerſa.uſque ad §.cum breuiter.ſatis plene,& ibi de poſitionibus. ¶ Vber.de Bonacur. nihil. ¶ Ioannes de Deo,Cauilla.v.li.poſt principium,poſuit quatuor rubricas.& de hoc in lib.iud.parte prima,ſecunda.& 3.ſub ſuis rubric. ¶ Bonag.parte tertia,rubrica,qualiter formentur articuli probandi per teſtes,vſque ad finem ipſius partis.¶ Aegi.ſub decem rubricis continuis,vna interpoſita,proſequitur materiam,inchoans.in xxix.¶Alber.Galeo in rubrica, de teſti.multum dedit auctori cauſam dilatandi. ¶ Nepos de Montealba.rubrica contra teſtes. ¶ Guido de Suzar.vbi de capitulis,ſuper quibus producuntur teſtes,& vbi de interrogationibus teſtium.¶ Roland.doctor aliquid ſub rubrica de probationibus.¶Gallicus ſub tota rubrica de probationibus vniuit duodecim quæſti.in teſte, quę in eius productione requirit,& illa eadem duodecim poſuit,qui illum in ordine ſequitur ſupra in procemio in contentione actoris & rei,duab.ulti. col. Minor ordinarius in charta penultima. ¶ Eſt ſciendum,quod ex prædictis ſolus Bagarotus diffinire voluit,quid ſit teſtis,dicens:quod teſtis eſt veritatis adiutor,& opertorum detector.Sed multi veritatem adiuuant,& detegunt occulta,qui non ſunt teſtes:ipſe tamen allegat C.eodem.titu.l.eos.& de repu.l.conſenſu.In quibuſdam antiquis iuuenialium,cuius nomen ignoro,ſic diffinientem,quod teſtis eſt,qui omni gratiæ,& omni potentiæ fidem religioni iudiciariæ debitam poſsit præponere.C.de teſtibus.l.eos.canonizata. 4. quæſt.3.teſtes.Sed illa non eſt diffinitio teſtis.multi enim id poſſent, qui de facto teſtes non eſſent:& ideo tranſeamus cum Summiſtis omnibus, qui nō diffinierunt,nec de hoc membrum fecerunt. ¶ Iterum,quia vtile puto,quædam titulum iſtum tangentia,quæ in quadam accuſatione de quodam epiſcopo facta in curia fuerunt in dubium deducta, communicare diſpono, plus remiſsioni ipſarum,quam proſecutioni vacando. Super delatis commiſſa fuit receptio teſtium ad partes.Aliqui per delatores nominatim excōmunicati erant:quærebatur an illi poſſent illos abſoluere pro dicendo teſtimonio,cum diceretur,quod per alios veritas haberi non poſſet.In dubium autem eſſet hoc,niſi illis iudicibus fuiſſet commiſſum. de teſtibus. veniens. 2.in fi.Si commiſſum non eſſet,videretur idem de hoc not.de ſentent excōmu ſolet.lib.6.& ſuper 3.gloſſ.Secundo quærebatur,an ſtylus curiæ Romanæ haberet certum numerum teſtium taxatum,ſecundum varietatem cauſarum.Ad hoc ſimplex Iuriſta reſpondere non poteſt fateri tamen oportet, quod numerus quadregenarius ſtatutus in decr.c.cum cauſam. eodem. tit. non eſt ordinatus.& ibi de hoc.& ſuper glo.pe.& ff.eod.tit.l.1.in fi.Tertio, quærebatur an quidam teſtes quos epiſcopus carcerauerat vt iudex, eſſent per hoc repellendi?Reſpon.hoc iure non expreſſum,tamen ex hac cauſa minuitur fides teſtis.in auth. de teſti.§.ſi vero odioſus. Quarto, quærit̄ de familiaribus epiſcopi per ipſum expulſis propter ſcelera: an ſint recipiēdi cōtra ipſum epiſcopum? Ad quod reſpondetur,quod crimina poſſent eſſe ſufficiens cauſa repulſionis:ſed quod fuerunt familiares,no.2.quæſt.7.cum paſtor.de accuſ.nulli epiſcoporum. Quinto, quæritur de laicis & mulieribus an admittantur ad teſtimonium contra epiſcopum.de his ĵ.§. proximo. Et ver.item quod eſt mulier.cum ver.ſeq.Sexto,de his,qui aliquam contentionem,vel cauſam cum epiſcopo habuerunt.Reſpondeo,illos non repellēdos Inſtit.de exc.tut.§.item propter.& in auth.de teſti.§.ſi vero odioſus.Septimo,de his,qui ſunt de genere deferentium epiſcopum,vel illorum,qui contra epiſcopum appellarunt.Reſpondetur,illos admitti.C.eo.titu.parentes & liberi.cum ibi notatis.& dicetur infra.poſt prin.non tamen ſunt tantæ fidei,vt extranei.nam ſi ſola amicitia in aliquo detrahit fidei teſti.ff. eod.l.3. §.i.fortius conſanguinitas.ff.de iniu.l.lex Cornelia.cir.prin. quærebat epiſcopus vltimo,an in productione teſtium deberetur ſibi amplior fauor.quā delatoribus:reſpondetur quod ſic,quia delatoria eſt illaudabilis intentio.2. quæſt.7.ſi quis epiſcopus. & quia delectat papam teſtimonium bonæ famæ epiſcoporum.de accuſ. licet. in fi. & facit ff.de fer.l.vl.vbi in dilationibus. plus fauetur reo quam actori.

¶ ADDE,quo ad primum quæſitum,& an excommunicatus poſsit abſolui à delegato, vt ferat teſtimonium Oldr. conſil.cclxxviii. incipiente, licet clauſtrales. vbi concludit, quod ſic, quando alias veritas patere non poteſt. Conſilio vero cxlv.incipiente, quæritur ſi teſtes. videtur tranſire cum contraria opinione, quam dicit tenere Innocen. Hoſtien. & Ioannem de Imol.in capi.ſolet.de ſenten.excom. Verum eſt quod non aperit, an veritas poſsit aliter erui. Vide etiam ibi qualiter eſt in arbitrio iudicis refrænare & ampliare numerum teſtium: licet decre. cauſam. de quadragenario loquatur. Et qualiter carcerati per epiſcopum contra ipſum perhibere poſsint teſtimonium, licet non tanta fides debeat adhiberi. Et qualiter ſeruientes epiſcopo poſsint admitti. Et qualiter laici,bigami,& mulieres poſſint teſtes eſſe. In criminali ſucceſsiue de omnib.hic dictis per Io.And.ibi vide de verbo ad verbum.ſed de dictis conſ.cclxxviii.ipſe non videtur notitiam habuiſſe.

b Nunc de teſtibus. ¶ Opponi.de hoc primo tractat opus Iaco. de Ameli. quem nominaui ſuper rubrica de teſtibus,in fi.quam intitulauit de probatione teſtium.in quo ponderatis quę infra ſub hoc membro ſcribuntur, nō expedit laborare.